





DE
AURO
POTA













Bientôt l'or potable a été une chimère longtems cherchée par les philosophes ; tout cela n'a abouti à rien qu'à la publication de quelques traités et à la confection d'une liqueur des îles, fort douce et fort agréable, dans laquelle on a mis des feuilles d'or qui ne rendent personne immortel, pas même l'inventeur de ce liquide dont le nom est aujourd'hui parfaitement oublié.

Au nombre des traités sur l'or potable, il faut citer celui de Pierre Jean Fabre, né à Castelnaudari, médecin de la faculté de Montpellier, qui le fit paroître sous ce titre : De auro potabili. Francofurti, 1678, in 4°.

Il y a encore les trois ouvrages de Gabr. de Castagne ou Castaigne, évêque élu de Saluces, ci-devant abbé général de St-Ruf de Valence. 1° L'or potable qui guarit de tous maux. Paris, Ch. Sevestre, 1611, pet. in 8°. — Le paradis terrestre auquel l'on trouvera la pierre philosophale et le vray or potable pour guarir toutes maladies incurables. Paris, C. Sevestre, 1615, in 8°. — Le grand miracle de nature métallique, que en imitant icelle sans sophistiqueries tous les métaux imparfaitz se rendront en or fin, et les maladies incurables guariront. Paris, C. Sevestre, 1615, in 8°.

Montataire, 1858. — A. Dinaux f.

NB. Ex sanguine hominis, medicinam universalem commodius, quam aliis rebus toto genere diversis, ut vegetabilibus et quibusdam aliis, parari posse asseri: D. Nollius in physic. Hermetica 649.

FRANCISCI ANTONII

PHILOSOPHI ET MEDICI LONDINENSIS,

PANACEA AUREA

SIVE

Tractatus duo de ipsius

AURO POTABILI,

Nunc primum in Germania ex Londinensi Exemplari excusi,

Operâ

M. B. F. B.

JACOBUS SERENISS. REX ANGL.

Numquid ego ANTONIUM *puniam, quia Deus illi benedixit.*

HENR. NOLLIUS.

MEDICINAM UNIVERSALEM negant multi, sed ij plerumque id faciunt, qui ipsam assequi non valent.

HAMBURGI

Ex Bibliopolio FROBENIANO.

ANNO cIↃ IↃ CXIIX.




D. HENRICUS PETRÆUS Nosologiæ Harmon. Tomo II. in Dissertat. inaugurali, pag. 22.

TALE opinor esse aurum FRANCISCI ANTONII Londinensis in Medicina Doctoris, cujus fama haud ita pridem increbruit, quod absque omni corrosivo in formam mellis redactum est, quoque summo cum successu in gravissimis morbis, & opinione hominum desperatis, uti se scribit, cujus doses complures Magnifico nostro Rectori D. D. Hartmanno, Socero meo colendissimo ad faciendam probationem, ut & Clariss. D. D. Mosano, Archiatro Principali, Patrono meo observandissimo transmissæ sunt, apud quos id vidi, deque eo sermones contuli, imo & ipse cum maximo fructu probavi.





LECTORI S.

Damus tibi, benevole Lector, Tractatus duos FRANCISCI ANTONII, *Viri integerrimi, & in Philosophiâ Hermeticâ versatissimi, Londini primum editos, nunc autem in Germania recusos. Neque enim alibi potius Sapientiæ Adamicæ & Hermeticæ bonore iteratæ editionis litari debebat; quæ pulsa ferè aliis regionibus in nostram patriam hoc ultimo seculo cum puriore religionis formulâ immigravit. Itaq; & olim* JOSEPHUM QUERCETANUM, *virum nunquam sine laude nominandum, è Galliâ (qua tantum non ejectus fuit odio publico & improbissimo SCto. collegii Medici Parisiensis; post editum Tractatum de Auro Medicinæ Universalis subjecto) evocatum maximis honoribus apud Illustriss. Hassiæ Landgravium condecoravit: & nunc simillimo fato Fr. Antonium â Londinensibus Medicis pessimis indignissimisq; modis habitum, qua potest, fovet atq; complectitur. De cujus* Auro Potabili, *uti*

de ceteris rebus omnibus non idem omnes sentiunt: multi etiam mendaciis & convitiis insectantur. Quæ est sors fatalis reru͂ optimarum, cum impoßibile sit & bonum esse, & placere pluribus. Itaq; hodie plerosq; videas, cum vel nome͂ Medicinæ Universalis audiunt, ringi, excandescere, insanire: non secus quàm si ruina & pernicies omnibus Pharmacopoliis ab Hermeticis esset metuenda. Qui quide͂ veri Philosophi nunquam hac mente vel Aurum potabile, vel aliam ullam Panacea͂ commendarunt, ut intelligi vellent aliorum medicamentorum usum esse supervacuum. Scilicet singuli quotidie Solem Planetasq; comedunt (ignoscant Dogmatici cum Hermeticis loquenti) nec eâ tamen caußâ ab aliis cibis & liquoribus abstinent: quomodo etia͂ Sol metallicus seu Aurum potabile minime solum ægris commendatur aut adhibetur. Princeps & monarcha Planetarum est Sol æthereus; sicut aurum inter metalla: Planetæ, quædam Solis vasa sunt pro materiæ varietate alia͂ atq; aliam vim sortita; non otiosa, non supervacua, quomodo nec aliæ Medicinæ inutiles, etsi Auro potabili suus locus & honos co͂cedatur. Quin sicut Dogmatici, cum Cor, auru͂ illud microcosmicum, fontem vitæ & balsami radicalis ac soterii pronunci-

nunciant, non idcirco vim naturalem Hepatis, aut rationalem Cerebri damnant: ita nec Hermetici sive Metallica sive Vegetabilia cetera corpora, cum Solem mineralem deprædicant. Nulli etiam sincero Hermetico tam facilis jactura suæ frontis visa est aliquando, ut omnes morbos, quotquot æternum duratura mortalitatis conditione miseros nos exercent, sive Auro, sive quo alio pharmaco, certa fide, successuq́ȝ ἀναμφισβητήτῳ pelli posse prædicaret. id quod tamen velut Scholæ Hermeticæ scitum paßim illius adversarii jactant accusantq́ȝ. Scilicet tam absurdi esse possunt Verbi Naturæq́ȝ secretarii, ut superbiß. pollicitatione credere mortales jubeant, nullo matricum, agrorum, materiarumq́ȝ discrimine, semina excipi, adolescere & provenire? Qui nō nesciunt aliter respondere semen sparsum in arenam, aliter in glebam pinguem aut etiā saxa? Qui observaverint bigamum priore matrimonio sterilem, posteriore, mutato jam agro, matrice, materia, optatos conjugii fructus decerpere? Qui paßim videant Verbum Dei, panaceam animarum unicā, nunc spinis suffocari, nunc in saxis perire, nunc à volucribus diripi, alibi provenire? Qui experimentis didicerint, Aurum regeneratum, tincturam Physicam, Lapidem Philoso-

losophorum (Christi Jesu, lapidis divini & Theosophici, unicũ ac excellentißimum typum) transmutare metalla, ligna, folia, pannos non transformare? Non depuduerunt ergo sic Hermetici, qui sciant formas sive semina non induci in materiam penitus ineptam, ut spondere velint legibus Naturæ contraria, putentq́ ullũ dari Medicamentum, quo morbi citra exceptionem aboleantur. Atqui & hoc illi credunt, singulari Divinæ providentiæ consilio morbis affligi permultos, adversus quos nulla Medicamenta opẽ sint allatura. Quæ res est altißimis Majestatis Divinæ tenebris involuta, & quam nulla Semeiotice indaget, nulla Pharmacia evertat. Nec pudet hic fateri Hermeticos suarum Medicinarũ imbecillitatẽ, postquã (fide Fernelii) inductus à Diabolo morbus à Dogmaticis Parisiensibus utcunq́ doctißimis nullâ vi pharmacorũ depelli potuit. Non est n. consilium adversus Altißimum, qui creatis Medicinis vires adimit, sicut igni in fornace trium puerorum: & quomodo, quæ servi, negotiorum nostrorum actores, nobis invitis fecerint, nihil agunt nec obligant. Quid? an ignorabunt Hermetici, sicut vitia animi corroborata usu, inducunt neceßitatem peccandi, fiuntq́ omni culturâ disciplinæ & virtutis asperiora: ita morbos corporis in cõsuetudinem primũ, deinde

in Naturam etiã abire; vivis interim ac spirantibus hominibus, non aliter quàm arbores medullitus exesas & cariosas frondere tamen ac virere conspicamur? In quem statum postquam res est deducta, parum præstabit generosissima quæcunque Panacea: nec idcirco tamẽ nominis sui prærogativa excidet: certè nõ magis, quàm vel homo rationale animal desinit definiri, quia stultorum plena sunt omnia; vel DEI verbũ regenerandi, immutandi, illuminandique potentia spoliatur, quia infiniti reprobi & maledicti inveniuntur. Itaque cum tam modestè de suis pharmacis sentiant veri Hermetici, certè Christiani hominis officium obliviscuntur penitus, qui alienum sensum affingunt innocentibus, & vapulare jubent sobriè loquentem Philosophiam. Nam si qui fortè magniloqui, gloriosi, æruscatores, scioli, in DEUM & Naturam jejuni alia crepant & mentiuntur; non sunt illi de cœtu nostro, nec privata improbitate nocere debent publicæ ipsius Philosophiæ integritati. Veri Hermetici, Medicinæ Universalis titulum iis rebus tribuunt, quæ potentiâ complectuntur inferiorum corporum virtutes: etsi omnes ægrotos non restituant in eum, unde exciderunt, sanitatis gradum. Quin, sicut cephalica, splenetica, cordialia, ma-

lactica, epulotica, sarcotica, nominis sui jacturā non faciunt, licet apud Titium aut Sejum titulo suo non responderint: ita Aurum potabile verè ac Philosophicè præparatum, etiamsi aliquando effectu frustretur vitio ægrotorum, non desinit tamen esse quod audit. Boni sagittarii est scopū ferire sæpius, quia semper non potest. Ut nugas agant adversarii δύναμιν καθολικὴν, Auro potulento derogantes, quia non omnes ægros sanitati æqualiter restituat. Hoc autem solum est quod quæritur, & quo demonstrato tipulâ leviores sunt omnes obtrectatorum disputationes: Utrum dico Aurū vim universalem restituendi balsamū, sedem & sanitatis & morborū, Naturâ & divinitus inditam habeat: deinde si Aurū potulentum, quod artifex aliquis commendat, verè & philosophicè sit præparatum. Quæ duo cum ratione & experientia comprobata munitaq; sunt, salva res est, vicimus: constatq; Medicamento sua auctoritas, & Artifici cuicunque suus honos ac existimatio. Ac de Auri quidem viribus in Medicina piget congerere quæ ipsi Dogmatici annotarunt, suntq; partim à Franc. Antonio in rem præsentem adducta. Qui cum omnes uno ore fateantur, Aurum præcipuâ virtute ante omnia creata pollere Cor & balsamū

confor-

c onfortandi, illudq; juxta constet facile in totâ arbore vitalem succũ conservari, si radici benè sit; dubitari quidem non potest, quantarum virium sit Aurum ad medicos usus traductum. Ut meritò in antiquissima Adamicâ & Hermeticâ Philosophia, quæ rerum omnium creatarum consensum, similitudinem & harmoniam contemplatur, Christus, Aurum, Sol & Cor inter se comparentur: ut qui unius cognitionem habuerit, is singulorum naturas, vires & efficaciã utcunq; pervideat. Quæ sunt alterius, uberiorisq; tractationis: & disputabuntur à nobis σὺν θεῷ amplissimis tractatibus in Opere harmonico Verbi & Naturæ, itemq; parvi & magni mundi. Quod si qui forte Solis illius metallici admirandas vires capere nondum possunt, iis ego auctor sum, ut auri vegetabilis sive Solis (vini inquam) divina Naturæ charismata expendant, ac tum (si magna licet componere parvis) de Sole metallico pronuncient. Quippe cujus admirabilẽ cum auro sympathiam & affectionem magneticam norunt veri Philosophi: vires autem tantas tamq; stupendas in eo agnoscunt, ut merito auctor & fons Naturæ Christus Jesus sanguinis sui typũ ipsum esse jusserit, cum sacrosanctæ Cœnæ mysteria discipulis moriturus com-

mendaret. Ergo cum catholica auri vis in curandis humani corporis morbis posita sit extra controversiam, de Artificis & Philosophi, cujus tractatũ geminũ publicamus, sive sapientia, sive integritate restat dispicere. Scio permagni nominis viros censuisse Aurum in formam potabilem (sic ut in metallum ullâ artis curiositate reformari amplius nõ possit) nunquam, quantumvis connitantur homines, iri redactum. Qua in sententiâ fuit Julius Scaliger, quã & tanto viro libenter condonamus, & non magis miramur in talem hominẽ cadere potuisse, quam quod aliquando Romæ pluit lapidibus. Æqua est mortalitatis conditio, cui omnes sunt obnoxii, errare, labi, impingere: quam quisquis dedignatur aut erubescit, is vero parum reverenter Divinæ Majestatis consortium affectat. Scilicet sicut Augustino ignoscimus, cum negat Antipodas; ita nos Scaligeri, quantumvis alias magnum & subtile judicium, at in hac Philosophiæ parte crudum & cæcum, nec moramur, nec protervè deridemus. Vanum & otiosum est rationibus dimicare, ubi sensus & experientia testes habentur omni exceptione majores. Quin sicut post detectas novas macrocosmi oras, & certa experimenta navigantiũ, fidem derogamus umbraticis superioris ævi Doctoribus, qui Zonam torridam inhabi-

tari, & orbem nisi tripertitũ negabant: ita nos in Hermetica Philosophia sensu & usu edocti, vanas & quidlibet adstructuras destructurasq́ λογομαχίας negligimus. Eodem loco habemus temerariũ nonnullorum judiciũ, quibus persuasum est Aurum nisi per corrosiva destrui ac solvi posse: qui nimis benignam materiã sui traducendi præbent hominibus, qui alienas culpas operosè student refutare: palamq́ faciunt nec solidam nec veram corporum Naturalium notitiã se habere. Atqui in vera & antiquissima Philosophia æternũ & immutabile axioma est, nullum corpus esse, quod non suum liquorem habeat, quo solvatur, non secus atq; glacies in aquâ calefacta: unde, cum Aurum corrosionis expers fateantur ipsi Dogmatici, certe liquorem sive menstruũ ejus proprium, diversæ naturæ esse pernegamus. Quin illud palam edicimus, Philosophicas aquas, quibus Sol metallicus dissolvitur, citra ullum incommodũ, non secus atq; fontana solet, bibi posse. Ut inscite facundiam suam fatigent in Auro potabili insectando, qui nil nisi corrosiva somniant & scribunt. Erat ex hoc numero nuper Hamburgi quidam Empiricus ex mercatore, qui temere & in alieno foro de Auro potulento nimis inficete pronuncians, solo risu â me multari merebatur: quod illum sua inscitia vel sic satis

puniret. Asserebat autem abesse non posse, quin menstruum, quo Aurum tabescit ac dissolvitur, similiter viscera hominis liquefaceret. Scilicet tam stultè & barbarè loqui eos par est, qui lumine Naturæ nō collustrati, audent nihilominus de illius maximis arcanis litigare: nesciuntq́; fulmen dura comminuere & emollire, mollibus parcere; gladiū pecuniamq́; liquefacere, intactis loculis aut vaginâ. Ac mihi quidem hominis indocti insulsum judiciū tunc audienti succurebat, simillimo modo delirare eos, qui negant salia in usum Medicum recipienda, quia vermes ipsa occidant: ignari acetariis deinceps pariter ipsis abstinendum, quod oleo ungantur, quod est peremptorium omnium insectorum. Sed nihil nobis nunc rei est cum manifestè insanis: quos in tanta Naturæ luce, per veros Hermeticos dudū restitutâ, cæcutire adhuc non certè miramur magis, quam quod post cœlestis Doctrinæ reparationē infinitos adhuc reperire est, qui alia quævis amplecti malint. De Franc. Antonii Auro, ut sententiam nostram exponamus, id quidē potius est, & vero prorsus necessarium. Ac inprimis illius vires quod attinet, sunt illæ infinitis experimentis virorum illustriū & clarissimorū hactenus abundè comprobatæ, tot etiam tamq́; admirabiles, ut Antonianum Aurum potabile jure

meritoq́; Medicinæ Universalis nomen sibi poßit vindicare. Quod si qui post illius solis metallici usum penitus non convaluerunt, eos quidem meminisse par est, neq; solē astralē verno suo ad nos appulsu solere ad vitam revocare, quæ transactæ hyemis frigore penitus fuerunt enecta: nullamq́; esse Medicinā, quæ singulis certißimo eventu ac ope poßit adhiberi. Nec ægrè ferre debebunt, qui non ilicò ab assumta hac Medicinâ cōvalescunt: quin potius usum illius continuent, cogitentq́; Aurum astrale sive solem æthereum non statim ubi ver appetit, sed æstate primum & autumno, fruges, poma, uvasq́; producere. nimirum non eadem celeritate sanant Medici & Apostoli. Etsi vero experimenta ab auctore ipso fideliter publicata satis esse poterant ad exprimendum ruborem illius adversariis, imponendamq́; fibulam fatali quorundam pseudo-Hermeticorū & pseudo-Dogmaticorum calumniandi libidini, interest tamen publicè non ignorari, quid de Antonio Reges & Principes sentiant. Serenißimus certe Britanniæ Rex, cujus vel sola auctoritas & respectus æternum silentium imponere poterat obtrectatoribus, oblato ipsi ab Apuleis & Lucianis Londinensibus inficetiß. libro contra Antonium vulgato, hanc memorabilē vocem edidit:
Quid vero tandem est in isto libro, quod fa-

ciat ad rem & cõtra Antonium? aut numquid ego Antonium puniam, quia Deus illi benedixit? *Quibus verbis melior ſpongia indigniſſimo mendaciſſimoq; famoſi libelli auctori non poterat obtingere: quem quidem hominem ſuo loco ac tempore nos nec Medicinã nec Grammaticam didiciſſe palam faciemus, utcunq; ipſe in utraq; palmam omnibus aut præripuiſſe, aut ambiguam ſaltim feciſſe velit videri. Vivit etjamnum illuſtriſſimi Principis ac Dni. Domini* Mauritii Haſſiæ Landgravii, *Herois ſapientiſſ. & doctiſſimi conjux, quæ ſingulis Nundinis Francofurtenſibus non parvam Auri præparati portionem per Equitẽ Anglicum, virum diverſis legationib. celebrem, cöemit ab ipſo Antonio: certe non factura iterato tantos ſumtus, ſi aut Guineus vera ſcripſiſſet, aut ipſa ſe deceptam comperiſſet. Quod ſi ex fructibus arbor dignoſcitur, ſcito noſtri Salvatoris, quis dubitet aurũ Antonianũ ſine vitio malâq; fide præparatum? Id quod deinceps nec ipſi Londinenſes adverſarii poterunt negare, poſtquam publico Examine in Aula Regia, menſibus ſuperioribus Auri ab Antonio coram Collegio Dogmaticorum ſoluti Veritas ſive ars fuit explorata & comprobata. De quo præſtat ipſum Antoniũ audire, cujus Epiſtolã nuper ad nos datam, integrã ſubjiciemus.*

S.

PErgratæ mihi fuerunt tuæ literæ, mi M., ante biduum ad me delatæ. Per eas te incolumem & optatum portum satis oportune attigisse intelligo. Tu de meis rebus, ut manifestè apparet, valde es sollicitus: ego in tuis non ero negligens invenies omnia parata ad tuum beneplacitum. Meministi, ni fallor, quæ fuerint hic acta ante tuum discessum in aula regia de solutione auri ad Regis nostri Mandatum. Omnia erant perducta ad finem usque cum tu mecum ibidem adesses: restabatque nihil nisi examinatio fæcum. Multas fecerunt illi moras, & examen ultimum subterfugiebant, cum animadvertissent ea, quæ prius in Magisterio præcesserant; nec apparebat in fecibus ulla auri quantitas insoluta: unde veritati manifestæ contradicere non valuerunt. Tandem tamen inviti & importunitate nostra compulsi, adduxerunt illuc secũ operarios duos, vocatos apud nos Goldtsiners quorum ars consistit in depuratione ac separatione auri atque argenti ab aliis metallicis corporibus, cum aquis fortibus aut per testam. Illi examinationem fæcum aggressi sufflarunt illas super testam cum plumbo, ut moris est, & in examinatione tandem novem solummodo invenerunt auri grana, quæ nostro Regi obtulerunt; Portio autem auri ad solutionẽ dispositi hæc fuit, Uncia una, drachmæ duæ, scrupuli duo, & grana octo; fiat jam cõputatio de reliquo. Hoc pro certo prædicare poteris. Quod reliquum est, mitto, ut coram tibi communicem: post paucos etenim dies ero semper in exspectatione tui reditus. Mea conjux & tota mea familia te salutant, ac bene tibi ac feliciter optant. Vale, vir dilecte & me amare perge: ego te vicissim amabo. Datæ Kal. Jul. 1618.

Tuus, aut non suus

FRANCISCUS *Antonii.*

Vicit

Vicit ergo coram Rege serenißimo in conclavi Ducis Illustriß., præsente Dogmaticorum Collegio Philosophia Hermetica; vicit Veritas: cui, quod initio diximus, hic honor iteratæ editionis, & in Germania præcipuè debebatur. Quanquã nos hoc officium etiam hospitalitati & privatis meritis Auctoris debuimus, quibus nos domi suæ superioribus Mensibus ultro affecit. Faxit Pater Domini nostri IESU CHRISI, *ut quotquot ingeniũ & aptum & dignũ sacris Naturæ mysteriis explorandis sunt sortiti, tam hos, quam alios tractatus legant ad Dei gloriam, commodum proximi, privatumq; animæ, corporis & fortunarum emolumentum. Aut n. me fallunt omnia, aut intelligent demum facile esse omnibus veris Philosophis & Virgilii ramum aureum, & Homeri Nepenthes invenire. id quod tamẽ de Antonii auro Tirones nolim accipere; quippe quod necdum ad tantã perfectionem, nec gradum & sphæram tam sublimem est exaltatum. Fruere tamen hoc tantisper, mi Lector, & Auctori mihiq; precibus tuis ad* DEUM *dignam gratiam repende. Hamburgi die ult. Julÿ 1618.*



MEDICINÆ CHYMICÆ, ET VERI POTABILIS AVRI ASSERTIO,

EX LUCUBRATIONIBUS FRANCISCI ANTONII LONDINENSIS, IN MEDICINA DOCTORIS.



Ille curru sublimis eat;
Me mea quies animi secura
Conscia recti, reddat beatum.



JACOBO D. G. MAGNÆ BRITANNIÆ, FRANCIÆ, ET HYBERNIÆ REGI, PIO, PRUDENTI, ET SEMPER AUGUSTO.



OMINUM STUDIA in temporum revolutionibus miras subiere mutationes. Medicina ipsa aliquandò sinceriùs quandoque remissius fuit tractata, ut annales ferunt. Tempore suo Hippocrates Artem hanc negligentiâ mutilam reperit: quam ille in ordinem redegit, restauravitq́ꝫ: restitutam, rursus inquinarunt posteriores. Ita sensim sine sensu pristinæ Philosophiæ splendor omnis evanuit. Singulis tamen semper

in ætæ-

ætatibus singuli sunt reperti, quos in abdita Naturæ intromisit Deus pulsantes acriter: videlicet, veri diligentissimâ inquisitione, perseverantiâ in incepto, & oratione piâ. Hæc sunt illa media quibus nituntur Philosophi, & multis mediis assueti, ab exiguis principijs ad summa pervenerunt. Idem & nobis censeo faciendum qui humanæ saluti invigilamus, ut intueamur Naturam in intimis suis visceribus. Tum demum apparebit, quàm mirificè creatæ res majestatem Creatoris nobis explicent. Liceat jam mihi (Serenissime Rex) in Medicinis exercitato, pro tenuitate meâ, illa de Medicina coram Celsitudine vestra palam effari, quæ ex propriis lucubrationibus petita, in publicum patriæ meæ emolumentum permagni interesse confido. Sis mihi etiam propitius (ô Rex) ut sub tuæ Majesta-

tis tutela ac patrocinio, pauca hæc exi-re, atque in vulgus emanare liceat. Hæc in recessu majora fortasse apparebunt, quàm primâ fronte promittunt. Sed qualia aut quanta sint, quoties cupieris in viva practica demonstrare paratus sum. Veram ideò illam, atque antiquissimam Hermeticam Medicinam diu sepultam tenebris, jamq; emergentem, pro Regio tuo munere ac multiplici doctrina subleves: ut omnibus patris patriæ muneribus perfunctus, vitam longam felicemq; ducas, & perennem gloriam pro benemeritis erga bonas artes posteris relinquas.

Ne jaceat sine patrocinio virtus.



PRÆFA-

POst multos & ineffabiles labores, vigilias, sumptus, præparationum fideli exercitatione continuâ, quæsita ego omnia ad optatum tandem perduxi finem auspicante Deo. Interea, nihil sinistri præsagiente animo, debitam mercedem expectans, frustraneos deploro labores. Ego triticum seminavi: Inimicus homo Lolia in terram nostram inspersit. Ita rei bene gestæ comitem esse injustitiam cerno. Hanc igitur Apologeticam querelam in lucem emisi, justam (ut spero) & honestam. Primum, ut me vindicem ab imposturæ crimine. Dein, ut industria, perfectio, veritas, atque experientia nostra certa manifestentur omnibus. Non sum equidem nescius, reperiri paucos inter eruditos, qui hanc Philosophiæ partem non irrideant. Cæterum experientia practicæ, veritatem Theoriæ corroborat in omni disciplina. Itaque cohortor omnes, ne pulcherrimam rerum experientiam temere rejiciant. Non vos unquam pœnitebit (ô viri sanguine & virtutibus generosissimi) ista perlegere, & vera esse scire. Sub breviusculo sermone totum hoc negotium comprehensum esse voluimus, ne tædio vobis esset prolixa oratio. Non expecto ut liber evadam à censoribus maledicis ac invidis. Sed nil eos moror. Gratũ erit omnibus (nil metuo) Naturæ ac Artis amicâ providentiâ, duros mortalium languores benignè posse refocillari.

Virescit vulnere virtus.

CAP. I.

Potabile Aurum, an sit.

AVRVM, SOLIDISSIMVM illud corpus ac primum Metallum, ignis furiosam flammam non pertimescens, aëris corruptioni resistens, ærugini terræ, & aquæ putrefactioni: an humano labore ac artis ministerio ita subigi possit, ut tutò intra humanum corpus sumatur: præterea, ut etiam in Medicinam salubrem evadat, & summarum virium (ut pollicentur Chymici) judicium jampridem est valdè anceps apud eruditos. Confligunt de hoc milites, & ubi steterit victoria in ancipiti esse credunt plurimi. Non assentiuntur Platonici, non Peripateticæ scholæ.

Picus Mirandula nobilis ille Comes, & Philosophiæ sacris initiatus, nec non rationum argutijs plurimum pollens, Peripateticis astipulari videtur. Ille adversus auri æstimationem, nonnulla produxit in mediū, qualia sunt hæc.

Quòd à Medicis antiquioribus, multa magis laudata sint quam Aurum, quæ humani corporis temperamento prodesse dicunt magis, & laudata magis ad vitam refocillandam. I.

Quòd plures à Plinio vituperationes Auri, 2.

 quàm

quàm laudationes esse perscriptas animadvertit.

3. Quòd sapores & odores omnium Metallorum sint quodammodo fœtidi, ex sententia Magni Alberti generatim data.

4. Quod Aurum sordet, & tingit manus, & contrectantes inquinat, propter Sulphur quod ei admiscetur.

5. Quòd Dioscorides nullius ex Auro Medicinæ protulerit experimenta.

6. Quòd ingrato sint sapore Metalla omnia, & odore sulphureo, & ideò quod non possint quoquo modo non obesse ijs, qui ægri decumbunt: tantum abest, ut abeuntem animam suo delinimento retineant.

7. Quòd nulla Metalla nutriant, cum nequeant concoqui, sic ut in carnem vertantur & sanguinem; Inepta igitur penitus ad medicandum.

Hæc præcipua sint eorum, quæ à *Mirandula* producuntur in redargutionem Medicæ æstimationis Auri. *Plinius* autem ac *Dioscorides*, de quibus mentio fit, in Chymicorum officinis nunquam versati, commune judicium secuti sunt: & de Auro crudo sententiam tulerunt, veluti & Magnus ille Albertus, sapores atque odores omnium Metallorum meritò vituperans. Sulphur enim extraneum (quod verum est) in generatione Metallorum superveniens, Metallicis corporibus profundius immiscetur, & tenacius ijsdem adhæret: nec est Aurum, licet perfectissi-

fectiſſimum ſitMetallum, immune aut liberum ab omni maculâ. Medica autem omnis vis, non in Auro illo crudo licet obrizo cernitur, ubi craſſa ſua materia deſultat, & fæculentia in profundo adhæret: ſed ubi corporea ſua moles debita præparatione ſubacta fuerit, Metallica etiam forma omninò deſtructa, non tantum ſuperficie tenus ne recrudeſcat materia, ſed verè Philoſophicè, ut ſpirituale corpus evadat, & irreducibile, aut fruſtra ſudas. In Baſilica Chymica nuper edita ſic ſcriptum reperies: Fatentur vulgares Medici Aurum Cor confortare, quod non de communi Auro mortuo aſpectu ſaltem Cor exhilarante, ſed de Philoſophico, Vivo, Regenerato, plus quam perfecto, & in omni liquore ſolubili audiendum.

Adde inſuper quod *Mirandula* ipſemet confitetur, ſe illa perſtrinxiſſe non decernendo, ſed diſputando: quando Potabili Auro utuntur quidam ad omnes tollendas ægritudines, atque ad vitam quantum per vires naturæ licet prorogandam. Egi (inquit) cauſam eorum qui Aurum potabile vellent diſpendere: quod quidem ego colligere maluerim, & optarem egregiè poſſe ad noſtri corporis aliorumque ſalubritatem. Præcipuè cum conſtet Antonium Chirurgum noſtrum ſuperioribus annis matronam ex foro Cornelij Phthiſi moribundã, paucis diebus ab ipſa tabe liberam ſanitati priſtinæ reſtituiſſe, ſolo potabili Auro, quod ex ipſius patrui Nicolai confecerat diſciplina.

Apparet ex his, quod licet *Mirandula* ambiguus quodammodo hæſitare videatur, ne forte Peripateticis contrarium ſentire dicatur, manifeſta tamen experientia evictus, iſtius Philoſophiæ veritatem planiſſimis verbis confirmavit: veruntamen ſub hac cautela, quod inter mille mortalium myriadas pauci ſint reperti, qui potionis aureæ conficiendæ ſcij gnariq́ue fuerint.

Deſcendamus ad alios etiam, qui ſingulis in ætatibus maximè claruerunt, Philoſophos æquè ac Medicos. Omnis enim Philoſophica diſciplina uſq; dum per ſuum effectum dignoſcatur, Philoſophantium teſtimonio vera eſſe comprobatur.

Raymundus Lullius ſummus ille Philoſophus, pius, & Chriſtianę religionis ſtrenuus propugnator, in intima illa Naturæ ſecreta ita penitus introivit, ut nihil intentatum reliquerit, uſque dum ad ſupremum præparationis Auri gradum pervenerit. Multa eius monumenta apud nos extant, in quibus comprehenditur integrum magiſterium veræ ac Philoſophicæ ſolutionis Auri, ac totius eius regiminis, ut redigatur tandem in formam potabilem, & re vera medicinalem: idq; ſub continua quadam orationis ſerie. Interea tamen genuinæ præparationis ſcopum, & *Raymundus* ipſe, & Philoſophi ſimiliter omnes ænigmaticè tantummodò inſinuarunt: occultaverunt auté pro eorum poſſe ſecretum ipſum, ne indignis pateſieret, Practicum

cum posuerunt omnes sub diversis regiminibus, multiplicibus imbibitionibus ac distillationibus ut expedit. Solidum enim hoc corpus licet perenni madefactum gurgite, nullam omnino solutionem admittit. Sed si terram hanc nostram pluvia atq; imbres sæpius ac copiosius humectent, & illam Sol suo calore & fervore, iterum desiccet, successu temporis solutionis fructus prodibunt, & emollescet materia mellis instar. Mellea hæc substantia Catholicon est Remedium, & potest bibi, & sumi, in vino, brodio, aqua stillatitia, aut liquore quocunque: ut plenariè in libro suo de Conservatione vitæ humanæ tractavit,

Arnaldus Villanovanus eodem tramite insistens delineavit Spagyricum processum Auri & Argenti simul. Vna est enim eademque linearis via in utroque artificio. Quod inter Sophistas & vulgares Artistas in usu non est. Eorum solutivum appropriatum ad Aurum, nullum habet cum Argento commercium, nec è contra.

Petrus Andreas Matthiolus celeberrimus Germaniæ Medicus, petitioni Andreæ de Blawen satisfaciens in Epistola quadam quæ extat, respondet in hæc verba: De facultatibus Auri potabilis, dubium non est quin eæ sint maximæ. Ausim dicere, neminem Medicum absolutè esse posse, imò ne mediocrem quidem, qui in hac nobilissima distillandi scientia non sit exercitatus. Id cùm alibi, tùm imprimis in Chroni-

Chronicis Morbis eſt animadvertere, ubi tota maſſa ſanguinea in univerſo venarum ambitu corrupta eſt, & referta multorum Morborum ſeminariis. Hi (inquam) citra Metallica devinci vix poſſunt. Ea enim ſola, vi ignis ita attenuantur, eamq; penetrandi vim acquirunt, ut habitum totius corporis facilè permeent: cum interea cæteræ plantæ eouſq; ignem non ſuſtineant. Ac qui ejuſmodi Morbos citra ſcientiam res Metallicas tractandi aggrediuntur, ij plerunque re infecta, cum magno dedecore, & ſuo, & Artis Medicæ deſiſtunt.

Andræas de Blaven Med. Petro Andreæ Matthiolo, S. P. D.

Sæpius ſum admiratus, plurimos ætatis noſtræ ſummos Medicos, Naturæque indagatores acerrimos, qui cum in materia Medica cognoſcenda & explicanda plurimum navarunt operæ & laboris, interea tamen Aureæ illius aquæ, magni inprimis, & nunquam ſatis laudati Remedij, mentionem omnino nullam faciant. Quam tamen adeò nobis commendarunt ex veteribus quidam, ut cæteris eam omnibus Medicamentis facile prætulerint. Quippe qua, vires utut illæ langueant, reſtituantur in tantum, ut rejuveneſcere utentes, vigoremque inde incredibilem facultatum omnium corporis recipere videantur. Ejus rei cauſam, an in difficultate eius aquæ parandæ, quod in conficiendo Chymicos labores requirat, quos pauci ſciunt, vel

vel tanquam ſordidos abhorrent; an in avaritiam & ſumptuum parſimoniam referam, dubito. Complures certè eſſe ſcio, qui cum ipſi rem ita arduam, vel ignaviâ, vel mentis hebetudine non valerent aſſequi, conatus in ea aliorum induſtriorum hominū ſummopere contemnant & elevent. Quorum ego impudentem & inſciam temeritatem deploro, &c. & in ſequentibus hæc ſuperaddit: Unicè deteſtandi videntur zoili iſti, qui viros bonos, cum, ut vitæ uſuique mortalium conſulant, plurium diligentiæ, curæ, laboris, & ſumptuum, in inquirendis hiſce Naturæ ſecretioribus Medicinis conferant, invide eos ridendi, mordendi, ac carpendi finem nullum faciunt: neque tamen ipſi interea, meliora in lucem reſtituunt. Hæc noſtra jam res agitur. Sed meliora ſpero.

Nec vis ulla adigat præclaro abſiſtere cœpto.
Virtutis Regnum viret, æternumq́; virebit.

Joſephus Quercetanus.

Miræ actiones proficiſcuntur ab Auro, cum eſt ſpirituale, & mole corporis exutum.

Aurum in conſervanda hominis vita & valitudine, & Animalia, & Plantas ſuperat, quia conſtantiores ſpiritus habet quàm plantæ aut Animantes.

In Auro ſumma eſt propugnandæ vitæ noſtræ, & conſervandæ Medicina.

Nihil ſub Cœlo invenias magis homogeneum, magiſq; ſimile, ac tenuioris ſubſtantiæ, tempe-

temperatioris naturæ, corruptioni ſeu putrefa-ctioni minus noxium, quam pura Metallorum ſubſtantia.

Marſilius Ficinus.

Aurum ante omnia probo, tanquam omnium rerum temperatiſſimum & à corruptione tutiſſimum. Calorem naturalem cum humore mirificè temperat, humores à corruptione ſanat. Veruntamen oportet duriſſimam Auri ſubſtantiam ſubtiliorem facere, penetratuque facillimam.

Joannes Fernelius.

Aurum temperatiſſimum, ad naturæ robur, & affectus Melancholicos, ad exoletum Stomachum, ad Cardiacos, & præter rationem mæſtos, efficax.

Author Demogorgon.

Aurum permanens in ſubſtantia Metallica, etſi aqua vitæ quam maximè ſubtilietur, nullam penitus affinitatem aut convenientiam aliquam adipiſcitur propinquam carni humanæ, niſi corrupta prius forma dura, & redacta ad ipſius materiam primam ſufficienter purificatam & digeſtam. Nam ſic acquirit hanc affinitatem & convenientiam cum corpore humano, quam etiam cæteri cibi & Medicinæ præſervativæ poſſident, quas tamen hæc longè præcellit in virtute.

Bernhar-

Bernhardus Penotus.

Aurum absque omni corrosivo præparatum, absque periculo omni ac nocumento humanum corpus sanat, omnem Morbum contagiosum pellit.

Quando Aurum venit in corpus, & à nostro Balsamo apprehenditur, tunc clarificat Balsamum sanguinis, à fumo malevolarum stellarum.

Cardanus in lib. De Subtilitatibus.

Aurum est res arcana perfectissima, temperamento æquali, ac mirabili proportione Elementalium virium composita: cui nullum corpus mixtum æquiparari potest. Vulnus cum illo factum non inflammatur.

Aurum habet vim confortandi & exhilarandi Cor. Namque per venas Meseraicas ad Hepar, tandem ad Cor, inde per universum corpus facillimè transfertur. Desiccat superfluitatem omnem à substantia Cordis, & spiritus sua claritate illuminat, confortat sua soliditate, temperamento suo temperat sanguinem, præservat putredini resistens, eundemque purgans, domat Melancholiam & Maniam, vires ac spiritus exoletos resarcit.

Hieronymus Rubeus lib. de Distillationibus.

Nihil valentius puto ad diuturnam incolumemque

memque vitam servandam, justo Perfectorum Metallorum usu, quòd substantia sint nequaquam corruptibili, & quæ plurimum duret.

Aurum temperamento, si quid aliud, humano simile est: eamque ob causam calore suo ferè Cœlesti, vires nostri corporis, vitalem potissimum, earumque sedes, nempe Cor, Cerebrum, Iecur, roborat, sanguinis ac spirituũ substantiam puriorem illustrioremque reddit.

Rubeus præterea memorat juvenem quendam: qui cum infirma admodum esset valetudine, & assiduis penè Morbis tentaretur, innumeris generibus remediorum expertis, Auri cujusdam potabilis usu ita convaluit, ut Septuagenarius juvenibus vix cederet. Cumque veneris desideria insurgerent, ejus usum intermittere coactus fuit.

Jacobus VVeckerus Basiliensis in Antidotario suo.

Aurum Cor, & vitalem facultatem mirum in modum corroborat. Inseritur Medicamentis, quæ atrabiliariis competunt Morbis. In ore contentum, anhelitus graveolentiam tollit. Cardiacæ, Melancholiæ, Cordis palpitationi, Morbo attonito, Comitiali, Elephantiaco medetur. Adhæc, spiritus animales, vitalesque recreat.

Si recte conficiatur Aurum potabile, mirabiles utilitates affert. Nam tenuitate substantiæ solidas fibrarum partes altiùs penetrare potest,

est, & per omnes expandi; ſinceritate temperamenti, calorem nativum excitare ac tueri; denſitate ac tenacitate, humidum radicale ac primigenium ſolidius ac firmius reddere, ne citò abſumatur.

Julius Palmarius.

Julius Palmarius Pariſienſis Medicus, ad annum ſexageſimum ſuæ ætatis totus Medicinæ Dogmaticæ incubuit, & in uſitatis Pharmacis ſpem omnem repoſuit. Tandem vero ad Metallica vel invitus confugit, in exemplum Joannis Fernelij præceptoris ſui. Cujus laboris ac ſedulitatis nunquam me pœnitebit (inquit *Palmarius*) quicquid calumniatores obganniant malevoli.

Ille in libro ſuo quem de Elephantiaſi inſcripſit, in hæc verba epilogizat: Omnium Remediorum Elephantiacorum vires ſuperat Catharticum noſtrum Metallicum, acrem omnem ac ferinam humorum omnium malignitatem mirè obtundens, ac nihilominus blandè adeò alvum ſolvens, ut pueris & prægnantibus tutò dari poſſit. Conſtat autem ex Hydrargyro & Auro ſic permiſtis atque immutatis longa maceratione, ut vim Catharticam aſſequatur. Vna autem atque eadem opera, & pituitam, & groſſos omnes humores expurgat, & calidam atque ſiccam viſcerum conſtitutionem emendat. hæc ille.

Oswaldus Crollius.

Auro Natura non contemptibiles indidit vires, quas qui ſcit eruere & Arte tractare, concipiet Aurum quod mortuum & ſterile videbatur, vivum eſſe & prægnans: unde verus Philoſophus mirabilem, & omnibus expetendam, concinnabit medelam, quæ humanorum corporum Morbis incurabilibus affectorum omnia vitia tollet.

Mitto jam Paracelſum, eiuſque teſtimonium copioſiſſima ſupellectile ditatum. Ejus inviſum nomen multorum aures haud facilè ferunt. Ego igitur illum de induſtria mitto, ne fortè quis exiſtimet ab illo uno novitatis avido fundatam eſſe hanc Philoſophiam, ut Dogmatici falsò calumniantur. Imò multis retrò ſeculis claruerunt Philoſophi, quibus hæc placita gratiſſima fuere.

Caricter, ut in Evonymi theſauro.

Aurum potabile bibitum, Cordi lætitiam præſtat, ejuſque vires auget, & Morbos repellit: Senectutem retardat, humores augens nativos: Omnes corporis partes illæſas tuetur: Lepram curat: ſanguinem mundat, hæc in genere. Ad particulares tandem deſcendit Morbos, ſingulis à Capite ad Calcem ſua ſpecifica aſſignans, quæ tranſmutant operandi vim ab uno membro in aliud juxta vehiculi proprietatem.

Vt Ca-

Ut Capitis dolori, cum aqua Betonicæ.
Scotomiæ & vertigini, cum decocto Buglossi & Melissæ.
Lethargo, cum aqua ardenti & Lilijs.
Memoriam corruptam, cum fœniculi decocto & Acororum potatum restaurat.
Melancholiam submovet, omnemque amentiam cum aqua boraginis.
Facit ad Morbum attonitum, cum aqua ardenti.
Cum Pæoniæ albæ radicis Luna decrescente decocto, ad Morbum Comitialem.
Ad membrorum mollitiem, cum aqua Salviæ stillatitia, aut decocto ex ea.
Ad distillationes seu Rheumatismos, cum Iridis aqua.
Ad fluxum sanguinis narium, cum aqua Scabiosæ.
Valet & Tussi, cum aqua Capillorum Veneris.
In sputo sanguinis, cum Plantaginis aqua.
In Phthisi, cum aqua Mellis, & Lacte.
In dolore & abscessibus Pulmonis, cum aqua Cancrorum fluvialium.
In tremoribus Cordis, cum aqua Melissæ, & Buglossi.
In dolore ventriculi, cum aqua Menthæ, vel ipsius decocto.
In Calida dispositione, cum Rosacea, aut Myrtillorum aqua.

InDyſenteria, aut ventris tormine fluoreq́;, cum aqua Plantaginis.

In Coli dolore, cum Ardenti aqua.

In Vermium paſſionibus, cum zedoariæ decocto, aut Abſinthij.

InHepatis tumoribus, aut obſtructione, aut aqua intercute, cum aqua Scariolæ & Hepaticæ in cauſa calida: in cauſa frigida cum Spicæ Nardi decocto, aut Cinamomi.

In Ictero Morbo, cum aqua Caprifolij, vulgò Periclimenos nuncupati, aut ſero Caprino.

In Lienis paſſionibus, cum aqua Fraxini, aut Tamaricis.

In Renum paſſionibus, oppilatione, & lapide, cum Tribulorum marinorum, aut Raphani, Alkakengi, aut Pimpinellæ, aut pulvere Philanthropos ſeu Aparinæ.

In Stranguria, & Renum ulceribus, cum Caprillo lacte.

In Menſium ſuppreſſione, cum aqua Sabinæ aut Matricariæ.

Auxilium ſterilitati præſtat, cum aqua Nepetæ & Lavendulæ.

Arthriticis, Morbo articulari, Podagricis, Iſchiadicis, Chiragricis, & extenuatis, cum aqua ardenti, aut Paralyſis, aut Lavendulæ.

Peſtilenti febri, cum Acetoſæ, aut Bugloſſi & Scabioſæ.

A vene-

A veneno præſervat, & veneno affectos, morſoſque à Cane rabido curat, cum aqua Tormentillæ, Dictamni albi, & Biſtortæ, aut aqua radicis Pæoniæ.

Febres quotidianas, tertianas, quartanas, in acceſſione ſeu Periodi principio exhibitum, cum aqua Scolopendrij.

Vagas & erraticas, Cauſumque cum ſerapio violato delet.

Utq; unico dicatur verbo, aſſerunt, Aurum potabile cum aqua ardenti nobilem inducere effectum in humano corpore, omneſq; ferè pellere morbos. De ipſo autem in magnis Morbis ſcrupulum exhibendum cenſent: in mitioribus, ſcrupuli dimidium: in parvis, ad duorum granorum hordei pondus, decuplo decocti ipſi miſcendo.

Vt autem potabile noſtrum Aurum juxta præſcriptas haſce regulas proportione ac pondere juſto debitè adminiſtrari poſſit, æquum erit ut hoc Aurum quodammodo induretur, & aptum reddatur ſolutioni in quocunque liquore. Quod & nos paratum habemus, ne quid deſit, quod ad tanti Myſterij complementum, maximè in capitalioribus morbis ſpectare videatur.

Martinus Rulandus.

Mart. Rulandus in ſuis curationum Centuriis mentionem facit ſæpius de Spiritu vitæ Aureæ (quem nominat) Cujus vires & effectus

varios quos in Morbis persanandis præstitisset, annexo Catalogo commemorat. Cujusmodi sequuntur.

Alvum constipatam solvit.
Aperit & purgat Membrorum, venarum, meatuumq; omnium orificia obstructa.
Bilem utramque, Pituitam, & aquositates expurgat.
Calorem nativum confortat.
Calculos vesicæ & Renum frangit & educit.
Capitis Morbos Phlegmaticos,
Colicam frigidam & flatuosam sanat.
Cordi prodest, & corroborat omnia principalia membra.
Hydropem omnem, Ascitem, Anasarcam, tympanitem repellit.
Inappetentiæ medetur.
Ingenium acuit.
Juventutem conservat.
Linguæ Paralysim sanat.
Lienem, ejusque affectus corrigit.
Morbos Chronicos & contumaces.
Morsus Canis rabidi sanat.
Menses retentos citat.
Mulieres fœcundas reddit.
Pestem sanat.
Stomachi ardorem,
Spasmum,
Stranguriam aufert.
Tormina ventris,

Tristi-

Triſtitiam pellit.

Tuſſim diuturnam, veterem, & recentem removet.

Veneno reſiſtit.

Ventriculi flatus, ardorem, & alia mala depellit.

Vomitum compeſcit & ſedat.

Iſtæ, & iſtiuſmodi plures recenſentur facultates ſecretæ in Aureo ſuo ſpiritu, quem confecerat *Martinus Rulandus* Medicus.

Tædium foret & ſupervacaneum Philoſophantium teſtimonia ulterius proſequi. Noſtra hæc oratio longius æquo (quod vereor) exſpatiatur. His ſuperſedendum cenſeo, brevitati ſtudens.

E contra *Eraſtus* Medicus alioquin celeberrimus, quæ de Auro Potabili traduntur, fabulas eſſe, & Impoſtorum nugas clamitat. Sed non ferat quis judicium temerè de ignotis. Ille non Aurum ſolummodò & Argentum, cæteraque Metalla, ſed Gemmas etiam, Margaritas, Corallium, omnia denique ſubterranea ac foſſilia, eò quòd vitam non participant (ut ille vult) è Medicorum familia exterminat. Nullam enim Eraſtus aliam agnoſcit in rebus creatis vitam, quàm quæ manifeſtè vegetans eſt aut ſpirans, ut etiam Peripateticis placet. Sed nihil eſt corporale ex creatis rebus omnibus, quod non habeat in ſe latentem quendam ſpiritum; Divinũ donum, alienum quid à corporea mole, quæ ad agendum penitus eſt inepta.

In ipſa Mundi fabrica, ubi primùm terræ facies & interiora eius viſcera rebus ſingulis obveſtita ſunt, Spiritus Domini perluſtravit omnia, in Cœlis, ſupra terram, in Mari, & in terræ viſceribus ad eius centrum uſque penetrans: & hoc Spiritu ſingula ſunt repleta, & erant omnia valdè bona. Nihil ſuperfluum invenitur, nil diminutum, nec quicquam Numinis expers. Divinitus eſt igitur infuſus rebus omnibus ſuus quidam Spiritus, qui continet in ſe occultè creatæ rei potentiam, vim, virtutem, vitam, qualem Deus poſuit in creaturis ſuis.

Mineralia autem præ alijs rebus omnibus, occultiori quodam modo viventia ſunt: ut ferri in Magnete, in Gagate palearum attractio nobis demonſtrat. Et quamvis iſta rerum Metallicarum vita craſſiori quadam cohibeatur materia, poteſt tamen arte ſecerni, & in lucem afferri, ad perpetranda miracula in humano corpore.

Eraſtus ille, longâ verborum ſerie demonſtrare contendit, in vita carentibus, qualia ſunt (inquit) ſuperius cõmemorata Metallica, Gemmæ, Margaritæ, Corallium, lapides, & hujuſmodi, nihil eſſe in illis utile quod Medicamenti rationem obtineat, cum virtus Medicinalis in vitâ ſolâ conſiſtat, vegetabili ſcilicet aut animali. Quantò ſatius ac melius ſenſit *Petrus Severinus Danus* Philoſophus ac Medicus in Idea ſua Medicinæ Philoſophicæ, ſub his verbis.

Perfectiſſimorum corporum Balſami & deſideratæ

ſideratæ proprietates, tâm duris corporum carceribus continentur, ut favorem & benevolentiam, quã humanæ Naturæ debent, demonſtrare non poſſint. Ita Corallorum, Perlarum, Gemmarum, Auri & Argenti, reliquorumque Metallorum virtutes, dolent ſe fruſtra in mundanam provinciam veniſſe, & Mortalium ſceleſtam temeritatē continenter accuſant, quòd tantarum prædeſtinationum immemores, ad quas Naturæ providentia deſtinabantur, in peregrinos & infames uſus, tantarum rerum Majeſtatem commutaverint. Impuritatem pellis, inſcitiam mentis tegere coguntur, & doloſa ſuperbiæ, avaritiæ, luxuriæ, perfidiæ, adulterij, diſcordiæ, & mortis miniſteria ſubire. Hoc eſt, in non naturalem uſum res transferre, iniquas uſuras exercere. Inventi ſunt qui folia Auri Electuarijs & Tabulatis miſcuerunt, qui pulveres Corallorum, Perlarum, & Gemmarum ad confortationes Cerebri & Cordis magna ſimplicitate exhibuerunt. Infelix mortalitas: inutilibus quæſtionibus & diſputationibus vitam traducimus. Naturæ præcipuos theſauros, in quibus graviſſimorum morborum Medicinæ ab Altiſſimo collocatæ ſunt, intactos relinquimus. Nec ipſi ſolùm relinquimus, ſed alios inquirere volentes, prohibemus, impedimus, condemnamus, irridemus, & mille ludibriis afficimus. Hæc ille.

Non enim ad ſervilem ſolummodò uſum creavit Omnipotens ſuprema illa corpora. Non

(inquam) ad explendam cupiditatis sitim, non ad ornatum, non ad pompam, aut ad superbiæ ministeria. Altiora sunt Arcana, quæ in eorum abysso recondita latent.

Præterea contra Erastum illum, liceat mihi opponere Josephum Quercetanum Medicū, nuperrimè respondentem ad phantasmata illa Anonymi cujusdam Parisiensis, sub nomine (scilicet) sexaginta Medicorum Parisiensium, uno eodemque Morbo laborantium. Ille fusius hæc omnia exaravit.

Operæ pretium est (inquit ille) oculis objicere, quantus & quam pretiosus fuerit auxiliorum Metallicorum usus apud antiquos, quibusque modis Antidotos suas illi exornarunt ac locupletarunt, quas præ omnibus commendatissimas habuerunt, ut citra tamen præparationem ea Metallica Remedia usurparent. Nihilominus negari non potest, quin vires majores ea assequantur, ac efficacius agant, si solertis Chymici industria depurata, abjectis supervacaneis fecibus noxiis potius quam utilibus, in usum sic ritè præparata revocentur.

Et quamvis specie verboque tenus Galenicorum schola, Mineralia non sine impio & ingrato fastu â suâ practicâ detestetur: tamen in gravioribus Morbis omni vegetabilium derelicto subsidio, ad Mineralia confugit, licet ea temerè, ignaviter, & proinde inutiliter usurpet.

In Antidoto quæ Aurea Alexandrina dicta est,

cta est, hæc Metallica recensentur: Sulphur, Aurum, Argentum, Saphirus, Smaragdus, Jaspis.

In Antidoto è Rosis quem valere dicunt adversus Stomachi calorem, Iecoris, Lienis, Pulmonis, omnemque calidam totius corporis intemperiem. Cardiacis item, nec non ad omnem animi defectum ex caliditate ortum: inter cætera Metallica recipiuntur hæc: Aurum, Jaspis, Sulphur, Cristallus.

Antidotus è lapide radiante, ad omnes Melancholicos affectus ac Cardiacos celebratissima est: In quam ingrediuntur Aurum, nec non lapis lazuli.

Antidotus Mirepso vindicata, quæ Dysentericis, ac Coliacis summè est utilis, lapidem hæmatitem, Sulphur vivum, Alumen scissile, & ustam Calcitidem excipit.

Antidotus quæ Triphæra dicitur, è ferro, frigiditati & humiditati ventriculi atque inflammationi, nec non frigidis & putridis humoribus è ventriculo, universoque corpore expurgandis conferens: stomomatis ferri libram unam admittit, quæ ferè reliquorum ingredientium pondus ex aromatibus adstringentibus ac roborantibus constitutum superat.

Huc annectuntur Antid. Argyrophora dicta, Antid. quæ Ecloge nuncupatur, hoc est selecta. Quidam etiam ex optimis Mithridaticarum compositionibus habent, Sulphur, Nitrum & adustum Plumbum.

Antid. è zinzibere intromittit lapidem lazuli,

zuli,

zuli, lapid. Armenium, Antimonium & Aurum: in deliquiis animi aut Cordis defectibus maximè utilis, ut ipsi venditant.

Si illi Medici, crudis ejusmodi Medicamentis, noxijs potius quàm utilibus, commendantur ac laudantur, cur nos tanto Artificio, tamque salubri præparatione eorum virus infringentes ac innoxia prorsus, imò summæ efficaciæ ac utilitatis ea reddentes, ab imperito isto Anonymo novitatis impudentissimè insimulemur?

Hæc ego ad literam transtuli ex responsione Quercetani ad Anonymum illum, qui usque adeò aspernatur auxiliorum Metallicorum administrationem: nec meliora his dare possum. Quin & Erastus ipsemet hæc omnia vel invitus confitetur sub finem sui tractatus: ubi agnoscit Galenum ipsum, & posteriores etiam in quibusdam confectionibus miscuisse Aurum ad hilaritatem excitandam & mœstitiam pellendam. Quid reliquum est igitur quod in hac causa defensionis indigeat? Standum (ni fallor) judicijs tùm antiquorum tùm recentium Medicorum, Dogmaticorum simul ac Chymicorum, qui unanimi consensu admittunt in Medicinam Metallica auxilia.





CAP. II.

CAP. II.

Potentiſsima Medicinæ vis latet in Metallis.

SAtis jam dictum arbitror (quantum huic propoſito inſervire videatur) Remedia Metallica admittenda eſſe in Medicam familiam. Proximum erit ut doceamus, iſtiiſmodi auxilia debitè præparata, validiſſimas btinere vires in tota Medicina, tùm ad valetuinem conſervandam, tùm ad Morbos profliandos.

Ad tuendam ſanitatem Medicinæ conſeratívæ debent multum durabiles eſſe, & à coruptione remotæ. Siquidem Natura non dat uod in ſe non habet: nec quicquam de ſeipſo oteſt exerere, niſi idipſum etiam in ſe continet. At vero in uſitatis Pharmacis ac vegetabibus pleriſq; extinguitur omnis naturæ vigor. Quædam enim uno eodemque anno enaſcunur, matureſcunt, & putrent: floreſcunt quæam jam, mox proximâ diſparent horâ. Nimis gitur invalidæ ſunt hæ ſpecies ad prorogandam in valetudine humanam vitam.

Idem de rebus Animalibus ſentiendum ſt, licet in his interitus etiamdum tardior eſſe bleat, nec tàm repentè eorum conſumantur gnes.

Mineralia autem longiſſimæ ſunt ætatis.

Diu

Diu in his Natura operatur antequam perfectionem suam assequantur. Diu in Cœlesti obedientiâ ac spiritualitate permanent: durante quo termino, virtutes Cœlestes de Cœlo continuò descendentes, penetrant in hæc inferiora, & vim prestantissimam infundunt in ipsum Metallicum radicale: unde Metalla, omnia Elementata facilè superant. Ipsorum radicale humidum adeò constans est ut corrumpi nequeat. Nihil igitur materiâ Metallicâ magis durabile est: & per consequens sanitatis conservativum maximum.

Jam verò quod ad Morbos profligandos attinet, quibus humanum genus solet esse obnoxium, nihil valentius esse puto, justo rerum Metallicarum usu. Permeabiles illæ sunt ad remotissimas corporis partes, ad quas usitatis Pharmacis non patet aditus: & pervicacissimos affectus ex altioribus impuritatibus excitatos temperant ac solvunt. Siquidem Metallorum spiritus subtiles, strenuè adoriuntur fortissimas quascunque obstructiones, omnium penè Morborum radices. Eligenda est igitur hujusmodi materia præ cæteris rebus omnibus, & præparanda in Medicinam & cibum suavissimum, ad sanitatem tuendam, & vitam absque ægritudine sustentandam, quantū per vires naturæ licet.

CAP. III.

Inter Metalla Aurum summum obtinet in adstruenda Medicina vera.

Metalli-

Metalla septem ex Astrologorum suffragiis septem principalioribus membris humani corporis specificè respondent. Singulis illis membris singula Metalla appropriata sunt. Aurũ nobilissimũ corpus, nobilissimo mẽbro destinatur, eiq; inservit, cordi videlicet, quod domiciliũ est vitæ. Cor scaturigo est vitalis spiritus & sanguinis, omnibus reliquis membris motum & vigorem impertiens. Hîc vigent nativus ille calor & humidum primigenium fomentum vitæ: & ex hoc solo fonte illa primò derivantur: dein in alia etiam emanant membra Cordi famulas, & ministras. Hunc igitur calorem fove, & humorẽ nutri, ad refocillandam humanam vitã, & spiritus ac vires corroborandũ. Nativus iste calor non plus æquo fervidus, sed omninò temperatus est. Nã si excessivus esset, humorem citò absumeret: si diminutus, extingueretur ilico ab humore. Humor similiter radicalis non phlegmaticus, sed totus homogeneus & essentialis esse debet, qui pabulum vitæ ministrat. Nullo autem modo eis consuli melius potest, quàm ipsis Auri qualitatibus. Aurum maximè homogeneis constat partibus, & in summo gradu temperamenti exultat. Natura sagax ita contemperavit in hoc corpore calidum frigido, & humidum sicco, ut nihil redundet aut deficiat, quod verum temperamentum minuat. Unde ab igne non comburitur unquam: quia unum Elementum pro-

tegit

tegit aliud adversus ignis pugnam. Tale quid digestibile factum, ut humanis spiritibus obtemperet, vitalem in cordis centro calorem, cum humore nativo fovet & adauget, eundemque participant cum Corde reliqua membra jugali fœdere. Aurum igitur jure optimo principatum obtinet. Et (ut uno dicatur verbo) quascunque in corpus humanum vires, operationes, functiones, reliqua omnia Metalla in se habent; has omnes Essentia Auri exequitur sola. Quin & leprosum corpus humanum invertit totum sicuti intestinum in Macello, ut ipsissimis verbis utar. Hauriamus igitur ex hoc fonte saluberrima Medicamina, si perfectam sanationem gravissimorum languorum moliri velimus.

Objectio.

Sed arbitrantur plurimi, Hermeticam illam antiquam sobolem & Spagyricam prolem, penitus esse jam extinctam: & hoc tantum Mysterium Hermeticæ disciplinæ Naturæque lumen, in elapsis tantummodò ætatibus reluxisse putant; nostram hanc, umbras solummodò rerum comprehendere,

Pauca vigent hodiè prisci vestigia veri:

frustra igitur & inutiliter desudare homines in hisce Arcanis inquirendis.

Solutio.

Sciant autem & confiteantur omnes, quod semina in sapientiæ thesauris absconsa, tempo-

ribus

ribus & nationibus destinata fuere in omni seculo ex statuto Dei decreto. Hæc Dei Magnalia à Deo ipso dependent, qui cui vult elargitur, & subtrahit. Quod liberum est igitur Dei donum, homines hominibus eripere non debent.

Jam tandem tempestivum videtur descendere ad res proprias nostras. Quoniam igitur hoc subjectum quod nobis jam præ manibus est, tractatus hujus suggessit argumentum: & quoniam hæsitare scio quam plurimos, utrum Medicamentum illud nostrum, quod Auri poculenti nomine insigniri voluimus, sit ex Auro obrizo præparatum (ut publicè datur) aut conflatitium quid (quod illi clamitant) ex vitriolo, Salis oleo, Sale Tartari, aut similibus: operæ pretium duxi, & omninò necessarium, hunc omnibus ex animo scrupulum ut evellam.

Primum igitur (agendum est enim cum Philosophis, & cum iis qui in hac provincia per aliquot fortasse annos militarunt) totius regiminis nostri quo utimur in hoc Magisterio, nos specimen hic ponemus, Theoriam simul ac Praxim: ut sciant artis filij & Mysteriorum naturæ indagatores, non esse hæc inanis ostentationis ludibria, non imposturæ insignia: *nec aliunde esse petita, quam ex ipsis Spagyricæ artis principiis certis:* quæ ut cæterarum rerum Elementatarum omnium, ita & ipsius Auri solidissima docet disrumpere membra, & Essentiam eius evocare, ut humanis spiritibus tandem obtemperet. Gratum opus languentibus ægrotis: ingratum fortasse,

tasse ijs quibus displicent hi conatus. Tu tamen perge,

Quo superûm decreta vocant & sancta voluntas.
Tu quoque præsenti qui nos hoc munere donas,
Et celsum Dux prodis iter,
Qui tectos naturæ aditus, qui sacra recludis
Atria, & amissæ restauras Artis honores,
—— —— surgentem ægrius herbam
Horrentes inter spinas, tribulosq; feroces,
Irrora:
Informis non semper hyems Saturnia fundat
Frigora, & algenti contristet Sydere terras;
Sic mihi læta seges plenis florebit aristis.

Liceat mihi cum Philosopho sic carminibus perorare.

CAP. IV.

Mysterium Auri solvendi, & per Alembicum elevandi.

CORpus Auri solidum, indiget præparatione longâ, atque operatione continuâ: ut primò calcinetur, postea solvatur. Calcinatum enim corpus quod solidum prius erat, jam discontinuum evadit, & veluti impalpabile quo ad tactum, magis quàm prius solutionis susceptivum. Non calcinatum solutioni

tioni nimis erit contumax. Neque tamen cum rebus corrodentibus, aut humanæ naturæ infestis calcinationem moliri debemus: ut vulgò fieri solet, per aquas (nimirum) fortes, ex vitriolo, Alumine, Nitro, & similibus. Ablutiones enim licet vigesies repetantur, venenatas impressiones aquarum fortium auferre nequeunt. In verâ ac Philosophica calcinatione, nullæ recidivæ fiunt cruditates, aut venenatæ impuritates vomitionum, resolutionum, palpitationum Cordis procreatrices. Cavendum semper ne ex hujusmodi malitiâ, aliquid in medicando damni patiamur.

Calcinatum hoc corpus Spagyrico ritu in vase vitreo collocamus: cui affundimus aquam Cœlicam Raymundinam dictam: quam protinus ebullire conspicies, & in altum ascendere absque alio calore. Cessante ebullitione, & juncturis peroptimè clausis ne quid respiret, in temperato calore per aliquot dies statuimus. Ita sensim aqua hæc nostra flavo colore tingitur, ac si Croco perfunderetur. Quod clarum est evacuamus in aliam ampullam per inclinationem cautè ne turbentur fæces. Aliam affundimus aquam priori similem iteratis semper vicibus, usq; dum ulterius non coloretur aqua. Omnes coloratas has aquas simul collectas, per lentissimum Balnei calorem edistillamus. Exit aqua clara (ut prius) Materia Auri soluta, subsidet in vitri fundo Mellis instar, solubilis in quocunque liquore.

Dura illa compages jam ſoluta eſt,& Metallica Auri forma omninò deſtructa: adeò ut in nullum ulterius Metallum reduci poſſit. Interim tamen nullâ ignis violentiâ devaſtari poteſt hæc ſubſtantia,aut in favillam aduri, quod perfectionis Auri certiſſimum eſt ſignum. Iſta enim ſolutio, eſt ſub conſervatione ſuæ ſpeciei, & eſt ſolennis ac verè Philoſophica, non corroſio illa ſophiſtica&vulgaris. Præterea ſuum humidum primigenium conſervatur integrum, quia noſtrum hoc agens Auro ipſo contemperatum in natura eſt, non contra naturam, ut ſunt aquæ fortes, quæ non omninò ſunt de intentione Philoſophorum. Ex contrariorum enim conjunctione commixtioneque corrumpuntur ſemper Eſſentiæ rerum,vincente prędominanteque contrario. Vera autem ac Philoſophica illa ſolutio fieri ſemper conſuevit cum rebus in natura temperatis: ita non irritatur natura Auri,nec vim ullam, aut violentam inimicitiam perſentiſcit.

Temperatum id quod requiritur in hac Philoſophia ita complexionatum quid eſt, ut hoc ipſum recipiat & incorporetur cum eo cui fuerit adjunctum, ſic ut veterem & ſuam complexionem haudquaquam patefaciat amplius, ſed virtutes illius tantum quod ei fuerit adjunctum. Et ob hanc cauſam Mercurius Philoſophorum cognominatur, & Mercurio Planetæ aſſimilatur. Recipit quamcunque impreſſionē veluti cera, & omnium horarum dicitur eſſe

homo.

homo. In ſphæra Ignis, igneam vim edit: in ſphæra Aëris, aëream: & ſic in reliquis. Atque in hoc elucidatur etiam illud Raymundi, in confectione Medicinæ ſuæ ſecretiſſimæ atque universalis; ubi cum aqua ſua Cœlica uno eodemque Menſtruo, centum quadraginta trium ſpecierum ſelectiſſimarum Eſſentias evocat: Mineralium (nimirum) Animalium, ac vegetabilium rerum. Ut ex Auro, Gemmis, Margaritis, Corallis, & Ambra: ex terra ſigillata & Bolo: ex Silicibus combuſtis: ex Oſſibus, Cornibus, Radicibus, Stirpibus, Frondibus, Seminibus, fructibus: ex humano ſanguine: ex Saccharo, Melle, Manna, ex Terebinthina: ex Gummis, & ſuccis plurimis: Iſtarū ſpecierum omnium Animas, Tincturas, Eſſentias evocat, & ſuas illis participat reciprocè vires, unde & earum etiam operationes adauget. Diſrumpit ſolidiſſima Auri & Argenti membra: & teneros Roſarum flores, Gariophillorum & Anthos, conſimili attritu, & eodem planè artificio, non corrumpit, adurit, aut inficit. Expertus iſta loquor de proprio noſtro Menſtruo verè Raymundino, cujus adeò amicabilis & blanda eſt ſolutionis actio in rebus omnibus ac ſingulis, ut agens univerſalis dici mereatur. Robuſtiſſima enim quæcunq; corpora cum debiliſſimo, temperat in uno gradu. Hoc eſt illud de quo Crollius, ſic loquitur: Aqua ſapientiæ Philoſophorum una eſt, quæ omnia Metalla ac lapides ab impuro puncti quaternarij coagulationis vinculo Philoſophicè & natu-

raliter liberat: nec est sub Cœlo modus alius dissolvendi Philosophicè corpus Solis, quàm per universale menstruum Mercuriale Philosophorum totius Naturæ secretissimum. In sequentibus etiam addit. Qui dei benignitate fontem universalis Menstrui attingit, ille ex Philosophorum veridico relatu poterit non solum omnia ac singula Metalla, verum etiam lapides tàm nobiles quàm ignobiles, ac Minerales etiam ejusdem beneficio naturaliter & radicaliter in sua tria resolvere, qui resolutus & potabilis liquor regeneratus, separatis sponte in fundo fæcibus, postea à pie-docto Medico usibus humanis pro sua voluntate & arbitrio secundum Morbi exigentiam legitimè accommodari, & stupendo successu administrari potest. Atque hæc de Menstruali agente nostro dicta sint, ne calumniandi ansam captet quispiam ex solutione nostrâ. Nos corrosiva quæcunque è nostro Magisterio exterminamus, & quæ contra Aurum complexionata sunt omnia.

Sed ut meum propositum non destruatur, ulterius progrediendum censeo. Namque hic primus est tantummodò operationis gradus: verus tamen ac Philosophicus, tutus in medicando ac salutaris. Nos in via tantummodo perfectionis potionis aureæ etiamdum insistimus.

Diducas (alios adhuc) *rivos fæcundo è fonte beatos.*

Quantas autem in curandis Morbis sustineat Aurum,

Aurum vires ſub iſta mellis forma exiſtens, ab eventu clarum eſt, & aliorum judicijs hoc relinquo. Nos enim per annum integrum & amplius eodem uſi ſumus optimo cum ſucceſſu, in graviſſimis Morbis, & hominum opinione deſperatis, antequam tranſire fecimus per Alembicum tincturam ipſam ſeparatam à corpore.

Proximum igitur regimen eſt juxta Spagyricum proceſſum, ut ſeparatio fiat Spiritus à corpore: nimirum ut tinctura elevetur, & per Alembicum tranſeat in recipiens vas. Ita purum, quod eſt anima, ſeparatur ab impuro, id eſt, corpore. Nam virtus activa & potentiſſima vis, in Tinctura duntaxat exiſtit. Hoc ut dextrè fiat ſic progredimur.

Coloratas illas ſuperius commemoratas aquas, non in Balneo diſtillamus (ut ſupra) uſq; dum deveniat Aurum in formam mellis, ſed per cineres elevamus, quæ fortiorem ſuſtinent ignitionem. Ita anima Auri, quæ in ſpiritu dicti menſtrui hoſpitatur (vehiculo inquam ſuo proprio) veluti in ventre venti portatur. Aſcendit in caput Alembici, & guttatim decidit in recipiens vas ſub colore rubicundiſſimo. Terram autem Auri in vitri fundo conſpicies, nigram & ſiccam veluti rem mortuam, ſpongioſam, item & levem. Non tamen projicias has terras quæ ſunt nigræ & ſiccæ, ut ſuadet Philoſophus.

Diſtillatum hoc Menſtruum, & una cum Eſſentia Auri mixtum, in cucurbita vitrea munda, cum ſuo Alembico ac recipiente, juncturis

optimè ſigillatis collocamus in Balneo tepido. Blando hoc calore diſtillabitur tibi aqua clariſſima. In vitri fundo remanebit tinctura, quam optas. Tincturam hanc per vini ſpiritum ſolvimus: ſpiritum ſeparamus alternis vicibus: & in hunc modum colorem illius clarificamus (ut Philoſophi verbis utar) hoc eſt, ad gradum puritatis ſummæ exaltamus. Hæc eſt vera tinctura Auri à Philoſophis tantopere decantata, quâ nos fruimur, & manavit ab altiſſimo. Hæc tinctura ſummum in expurgando, renovando, reſtituendo, univerſi corporis ſanguine myſterium continet (ut in Archidoxis habetur.) Eſt etiam Eſſentia ipſa Auri, ſic dicta, quia tinctura rubea tracta ſeparataque fuit à ſuo corpore, ut habetur in libro de Contracturis, ubi Paracelſus diſcrimen ponit, inter Potabile Aurum ſic ſimpliciter dictum, & eſſentiam Auri, quæ in altiori gradu collocatur, & in longè minori doſi exhibetur.

Altera enim illa Mellea ſubſtantia cujus prius memini, quæ continet in ſe Spiritum ſimul ac Corpus auri, quæ nondum per Alembicum tranſiit, Potabile Aurum nuncupatur, à Philoſopho, eò quòd redigitur in ſubſtantiam quæ bibi poteſt, una cum alijs ſpiritibus & liquoribus. Nullam igitur nobis impoſturæ notam inurere debetis (ô viri laureati) ſi eodem nos utamur titulo, qui utramque poſſidemus: primam ſcilicet ſolutionem Auri in mellis formam redactam, ſolubilem in quocunque liquo-

re ve-

re veluti mel ipsum, & revera potabilem, uti solutum Mel; atque Tincturam, Animam, sive Essentiam ipsam Auri separatam à suo Corpore, atque in altiori præparationis gradu existentem, & Potabilem etiam.

Objectio.

Sed instant plurimi, qui fidenter affirmant Potabile Aurum nullum esse aut nuncupari debere, nisi post completum Elixir, sive lapidem Philosophorum, in quo est materia sanitatis ac divitiarum simul. Utrunque enim ex eodem fonte fluit. Et cum Crysopæjam sive Argentopæjam non agnoscant prudentiores, altiorisque ingenij homines, de Auro etiam potabili sententiam dicunt.

Solutio.

De Metallorum quidem Metamorphosi, ex omnigena Philosophorum lectione inquirere licebit. Quod Medici est ego tracto: reliquum in suo valore maneat. Et licet non desint plurimi qui existiment in Auro semen esse Auri ad propagationem aptum,

Nam simili semper frondescet virga Metallo:
ut cecinit ille.

nos tamen illa ad quæ vocati non sumus relinquimus, & alijs commendamus, qui otij gratiâ res novas tractant: & dicimus, quòd una est Alchymica intentio ad transmutationem, altera ad Medicinam tantùm: ut patet ex diversis re-

giminibus,& signis demonstrativis in utroq opere apparentibus. Medicus suum probè ex quitur munus, si ponderosum Auri corpus lev reddat: durum emolliat: si indigestibile, dig stioni obedire faciat, & humanis spiritibus o temperans: si Metallicam Auri formam exua novamq; inducat irreducibilem. Longè aliu requiritur ad projectionem Metallicam, de qu non est hic ulterius disputandi locus. Nob sat sit docuisse, Artem potionis Aureæ confic endæ veram esse & certam: Potionem similit ipsam summam esse Medicinam.

CAP. V.

Petit Author publicum examen fier veritatis hujus Mysterij per oculatos testes, aut silentium imponit oblatrantibus sempiternum.

SUbvereor ne hęc quæ dixi omnia, tanquàm inanis ostentationis ludibria condemna- verint ij, qui norunt quàm multi nobilita- te, opulentiâ, eruditione, atque acumine conspicui, in eadem quâ nos Spagyricorum provinciâ per tot annos militarunt, frustra ta- men & inutiliter desudarunt, ut ab eventu cla- rum est. Mirum igitur quod ego, non electus unus, sed relictus ex omnibus, id mihi pollicear, quod alijs multò melius (quod fateor) undique instructis concessum non est: unde & impostu-

ræ eximiæ reus eſſe exiſtimor. Quid jam agendum, ut me expediam à tanti criminis ſuſpicione? Scio ego quantis fluctibus me objecerim. Sed eſto: fluctibus ſuperatis, leviori poſthac utemur remigio. Quare, ut me ab omni ſuſpitione liberem, nihil mihi magis in votis eſt, quàm ut tres, quatuor, aut plures (quò teſtatior ſiat veritas) adverſarij mei hujus Myſterij ſpectatores conſtituantur; cum quibus totidem alios judicio æquè maturo, ingenijs autē paulo mitioribus, adeſſe, reique gerendæ intereſſe velim. In quorum conſpectu, niſi quod in me ſuſcepi, nullo fraudis fuco adhibito, effectum dedero, ac Myſterium verbis jam initum re complevero, nullam deprecor infamiam. Quod ſi non impetravero, illud ſaltem opto, & (quod æquum eſt) poſtulo, ut liberior in poſterum veritati fiat tranſitus.

Tu, ſi quid noviſti rectius iſtis,
Candidus imperti; ſi non, his utere mecum.

Hæc ſi impoſturam ullam ſapiant, detegant jam ejus æmuli, aut in poſterum ſemper conticeſcant. Clam (quod ſcio) indies me petunt criminibus ſuis falſis. Sed non eſt ex omnibus qui me impoſturæ coram redarguit. Indixi bellum apertum: veritas non quærit angulos, nec metuit pœnas. Non ſum ego multum ſolicitus, ut iſce viris bonis ſatisfaciam, quibus (mehercle) non perſuadebo unquam, etiamſi perſuaſero. Vobis autem Britanniæ Magnæ inclyta ſoboles, qui nobili ſtirpe nati, verâ nobilitate clari eſtis,

estis, vobis (inquam) hæc scripta sint : vobis & seritur, & metitur : vestra interest hæc noviss. Interest (inquam) quia vestra tunc res agitur paries ubi proximus ardet. In Particularibu insistere nolo. Recordemini tamen mecum (si placet) perijsse hac ætate plurimos, quibus Cathartica propinarunt, ipso Morbi statu etiam dum in Naturæ silentio requiescente. Interni enim Morbi occultas habent plerunque generationes atque invisibiles : juxta illud Galeni. Partes licet corporis in superficie constitutæ, una cum affectuum Idea facilè sensibus deprehendantur : tamen qui in imo corpore latent affectus, exercitatum ratione virum desiderant. Sed licet maximè exercitatus sit Medicus, quandoque tamen bonus dormitat Homerus. Indicationes Morborum sæpenumero diu silent, & omnes humani sensus obstupescunt ; miramurque sæpius ex levibus occasionibus, tantas symptomatum calamitates supervenisse. Quid igitur agendum Medico ineunte Morbo accersito ubi sensuum subtilitates adhuc deficiunt? Si omninò destituatur æger Medicinali levamine dejicitur ille citò ad tristitiam & desperationem. Medicus etiam in opprobrium ducitur & contemptum. Regendus fortasse infirmus juxta præscriptos veterum Canones, rebus temperatis, & temperamento finitimis, quæ vel non immutant corpus, aut si immutant, nociva impressio corrigi possit facillimè, ut suadet Arnaldus de Villa nova. Sed nec hoc tutum erit consilium

de locis affectis.

ilium semper. Venenosi Morbi sæpissimè infe-
stant: & populariter debacchante Peste licebit
cernere, non infimam solummodò plebeculam,
sed illustres familias Peste contaminatas, pri-
mariosque Cives divitiis affluentes, Pestilentiæ
vis adeò cità est, & occasio præceps, ut nullam
omninò admittat moram. Præcipuum sit igi-
tur in Medico qui ægrotum curat, ut Cor benè
defendat; postea Morbum strenuè aggredia-
tur.

Variolæ similiter, Morbilli, & hujusmodi
omnis interna lues, protinus protrudenda est
ad exteriora, rebus ad id appropriatis, ne vene-
num Cor ipsum petat, & subitò interimat. O-
mnis autem purgativa facultas, venenum ad in-
feriora trahit, & amicam ebullitionem (quæ
et quandoque Naturæ solo impetu vigoreque
strenuo) impedit ac retardat, unde retro fluit in-
festans virus. Triste fatum decumbenti, ubi sic
relinquitur. Tua igitur jam res agitur quisquis
es: venenosi enim morbi ubique grassantur, e-
tiam in ipsa Aula Regia; nec hisce Remedijs
obtemperant latitantes illi Morbi: Intenditur
potius eorũ virus. Quantò satius ac tutius con-
suluit nobis in his Sever. Danus, ubi (inquam) in-
gruentis Morbi judicium fuerit adeò anceps.
Si occultas (inquit ille) Morborum provincias
accedere velimus, internas & constantes rerum
proprietates scrutemur, quales sunt in supre-
mis illis corporibus: Auro, Argento, Gem-
mis, Margaritis, Corallis: hisce comitibus, du-
cibus

cibus ac nuncijs, occultas Morborum radices inveniemus, & inventas placidè auferemus. Tutum est consilium: acquiescite in hoc, ut benè sit cum ægrotis vestris. Sed displicent hi conatus, requiruntur labores, vigiliæ, ac sumptus. Redibit tamen vobis semper cum fœnore & labor & sumptus. Novas autem curationum Ideas in Medicinam introducere consentaneum esse non judicatis. At hæc disciplina antiquissima est longeque verissima. Ab ipso Hermete Trismegisto, proximè post diluvium originem duxit. Hæc est illa vera Medicina quam Dei eloquia laudatam volunt: non autem culinaria altera ars quam plebecula admiratur, quæ tamen nec laboriosa est, nec profundè quæsita:

Auriferos (autem) *inter rivos Neptunia Thetis.*
Ducit læta choros, vitreisq; exultat in undis.

latenter enim quiescit in Auro præcipuus Naturæ thesaurus: hunc eruere nos conamur veluti ex imis terræ penetralibus, ad perpetranda miraculosa in sanatione Morborum: quem adepti, eccum Medicinam quæ occultos morbos prorumpere cogit, manifestos extirpat.

Apta sunt hæc arma & congrua ad quamcunq; militiam: tuta, jucunda, & summarum virium.



CAP. V

CAP. VI.

Quod Aurum Potabile universalis Medicina dici mereatur.

EST quędam universalis curandi ratio apud Philosophos, quæ maximè universalis & suprema nuncupatur. Materia hujus operis gradus excellentioris est, quàm aliorũ mnium Arcanorum: quorum quidem virtus, vires, & proprietates continere dicitur ones & præcellere. An hæc Medicina parari ossit, in controversiã vocatur quæstio. Optana esset universalis illa, sed paucis concessa fuit. m nos in valore suo relinquimus. Alia sunt termedia Arcana, universalia tamen Remea, sed subalterna. Hæc valdè appropinquant proprietates & conditiones universaliũ Cutionum, & æmulantur ipsas. Capitales illi orbi, quorum Monarchia inexpugnabilis centur à plurimis, hisce remedijs sæpissime obmperant. Hujus ordinis Arcana quæ ex Au prolicita fuerint, ex testimonio omnium hilosophorum pretiosissima sunt & summam virium, si Spagyricâ arte ritè præparentur. ssentia Auri quæ potabilis est in omni liquoe, ex disciplina *Ray. Lullij*, confert unicuiq; pro uacunq; infirmitate, ut habetur in libro suo de onservatione vitæ humanæ, & in libro Mercuorum, & libello Elucidarij. Et valet ad omnem

nem humanam infirmiratem, ut apparet in libro de Medicina secretissima. Huic sententiæ adstipulantur alij etiam Philosophi. Adæquat (inquiunt) humores inæquatos: Vitales omnes spiritus mirificè roborat: & infinitis alijs dotibus ornatur Aurum, quæ in particulari Medicina non cernuntur unquam. Illa erroris plena est: altera omninò secura. In Particulari sanatione fructus solummodò tolluntur: Symptomata, Paroxismi, dolores mitigantur: excrementorum evacuationes instituuntur (unde debilitatur natura ut plurimum, idcircò corroborationes adjunguntur) sed fixioris Morbi radices vix extirpantur unquam. Seminales Morborum tincturæ recidivæ fiunt, & novos per intervalla cruciatus excitant. Particularis tamen sanatio cum universali Medicina adjuta, universalis curationis officio sæpè fungitur, impuritatum radices consumendo, & nativam virtutem confortando.

Vniversalis autem ac perfecta sanatio illa dicitur, ubi operationes non sunt evacuationes illa usitatæ & excrementitiæ, quasi Crapula laboraret, copiosiores fortasse quàm vires facile ferunt: sed ubi illa absolvuntur quæ desiderantur, ejectiones spontaneæ & humanæ naturæ consentaneæ, per sedes, per urinam, per sudorem, per insensibilem transpirationem: quæ quidem omnia perficiuntur cum una eademq; Medicina, resolvendo, consumendo, dissipando impuritates morbosas, & corroborando

consoli-

consolidando, custodiendo innatum Microcosmi vigorem. Istiusmodi curationes omnes, quæ roboratione, sedatione, & mitigatione absolvuntur, tutissimæ sunt, præstantissimæ, & altissimæ. Tales omninò exercentur operationes in poculento Auro, cujus spiritualis vis à corporea mole libera, altius penetrat, locisque distantibus facilè actiones imprimit, collapsas spirituum vires refocillat, corroboratque innatum robur adversus internum hostem quemcunque demum Morbum. Meritò igitur inter universales Medicinas annumeratur.

CAP. VII.

De multiplici usu ac viribus nostri Potabilis Auri.

HÆc de Potabili Auro medicinali tantùm (non illo transmutatorio) à Philosophis decantata sunt. Nostrum autem Magisterium ex Auro de quo jam habetur quæstio, quantas & quales sustineat vires, in profligandis morbis, & atrocioribus affectibus contemperandis, probatione non indiget ulteriori, quàm oculari experimento & quotidiano. Non desunt ubiq; locupletissimi testes, in Aula Regia; in Civitate hac celeberrima; denique per universam Britanniæ nostræ Insulam.

Dirum illud vomitionis malum, ubi omnia ingesta rejiciuntur, Vomitum compescit.

ingesta rejiciuntur crebrò, tàm alimenta, quam medicamenta cum assiduo cruciatu ac tortura totius corporis (lugendum spectaculum) Indomitum inquam atque inexpugnabile hoc malum, portiuncula minima potionis nostræ Aureæ compescit ilicó. Latitantem enim intus quemcunque hostem semper domat, & mitigat ferociam ejus, eumque temperat ex temperata sua natura. Nunquam non victor evasit essentia ista.

Dysentericis medetur. Ut vomitum, ità & alui fluxum nimium sistit: non constipando ventrem ut moris est, quod novum sæpenumerò facessat negotium, unde etiam posterius malum priori pejus quandoque evadit: sed confortando collapsas membrorum ac spirituum vires, aut redundantium humorum acredinem ac ferociam nimiam mansuefaciens. Ita tamen immoderatum fluxum restringit, ut non desit debita ac quotidiana excretio, naturæ nostræ consentanea.

Urinam retentam solvit & nimiam sistit. Urinæ succurrit difficultati: ejusq; stillicidio ex acredine confluentium urinarum, aut propter infestos humores de corpore emanantes.

In Peste correptis. In Epidemicis & Peste correptis Catholicon est Remedium, si tempestivè sumatur. Grassante nuper peste in hac civitate, testimonia apparebant satis ampla.

In ardenti febre. In ardenti febre, & acutis hujusmodi morbis, ubi spiritus incendio flagrant, hæc medicina dicto citius (quod ajunt) vasorum Naturæ orificia obstructa deoppilat, spiritus liberat in

refrigerium cordis jam effervescentis, madidumque paulativè inducit sudorem sanitatis prænuncium.

Resoluta rigore membra ita ut motum & sensum amiserint, quandoque etiam loquelam ipsam, restituta sunt solo potabili hoc Auro, ex eo quod blandum (uti assolet) promovebat citò sudorem. In Paralysi.

Non soporiferum est aut stupefactivum: attamen post vigilias, conciliare solet somnum quietum ac profundum, maximè in viribus longâ ægritudine dejectis, in tabidis, in parturientibus ad summam debilitatem prostratis, abortum patientibus, & prægnantibus infirmis: non autem opiaticâ ullâ vi, sed proprietate confortativâ, omnes passiones doloresque suaviter sedans, calores extinguens, turbatos spiritus & abjectos suo delinimento refocillans: sedat etiam discrasiam febrilem.

Quid excellentius in tota medicina? quid optabilius, quam blandum in hunc modum conciliare somnum, absque omni incommodo? Sternit enim viam rectâ ad salutem. Ingrati sunt erga Deum atque homines, qui Dei hæc Magnalia sepulta velint.

Alias quascunque medicinales ejus vires lubens prætereo: longum esset iter ad omnia; Summa sequor. Non tamen pigebit huc attexere testimonia quædam honorifica in confirmationem eorum quæ superius sunt posita. Nuda nostra assertio, vix (fortasse) merebitur fi-

dem. Hæc ego ex vernaculo ſermone uti decuit transtuli: litera ſcripta apud me manet.

CUm eſſem apud venerabilem Antiſtitem, mihiq; plurimis nominibus colendum, Epiſcopum Wintonienſem, poſt varios hinc indè collatos ſermones, tandem de Auro tuo potabili ſententiam meam poſtulabat. Reſpondi, Aurum potabile inter omnia quidem medicamenta facilè primas tenere, ſi debitè præparatum ritè adminiſtretur. Hujuſmodi autem illud tuum eſſe, octo his ultimò elapſis diebus certo experimento deprehendi. Quatuor enim ſunt anni ex quo nurus mea cum magno intuentium ſtupore, continuis ferè Epilepſiæ ab utero paroxiſmis, & formidoloſis convulſionibus correpta fuit: adeò ut ad eam ſtomachi debilitatem adducta fuerit, ut nec cibum, nec liquida, nec medicinas, abſque vomitione & animi deliquio ſumere poſſet, quamvis Galeno-chymicas medicinas permultas hauſerit, à Doctore Chanello, viro in utroq; genere erudito, præparatas. Hæc ego gravia ſymptomata præſens intuitus, coram reverendo Præſule vices illius multum lugebam, negavique quicquam ei profuturum, niſi fortè aurum potabile præberetur. Hic ille, pro ſolita ſua miſericordia & charitate, infit ad manum illi eſſe de tuo, & quidem ſi illi porrigerem, mihi libentiſſimè præſtare velle. Accepi conditionem, ſtatimque poſt reditum meum qui fuit die Do-

minico ultimo, illam reperi decumbentem, oculis in caput retractis, manibus retrò contortis, thorace admodum elevato, in corpore autem ſtrepitus audiebatur, tanquam ſonitus aquarum multarum & flatuum. Aurum potabile exhibui, atque intra ſemihorulæ ſpatium, omnia illa gravia ſymptomata evanuerunt, quæ quidem à primâ ſyncope ad horas 24. nunquam antea ceſſaverant, & erant fermè continuæ. Ab inde carnes edit, quas quidem in menſem antea non guſtaverat: eaſque retinuit, quæ paulò ante ne potum quidem continuerit: eo uſque revaluit. Et ſi poſſim efficere ut ſoluta ſit, ut peccantes humores præcipitet, non dubito quin præter omnium opinionem convaleſcat. Quod ſi fiat, Auro tuo potabili acceptum feram, ut medicinæ præſtantiſſimæ & legitimè præparatæ. Nec non poſſum te, uti virum digniſſimum colere, deque patria optimè meritum, qui tantam hanc medicinam in lucem attuleris. Quocirca noli putare (reverende Doctor) me Auro tuo potabili detraxiſſe quicquam, ſed illud potius de hoc tanto bono impenſius laudaviſſe: cujus quidem facti mei teſtes habeo & frequentes & uberrimos, & in his (certo ſcio) principem Epiſcopum Wintonienſem. Vale.

Tui ſtudioſiſſimus

GEORG. LEUKNERUS

Medicinæ Doctor.

GRassatur hic inter nos (egregie Doctor) Morbus quidam noviter ortus, qui caput, stomachum, & ossa totius corporis ita afficit, ut alios in Phrenesin, alios etiam in Maniam adigat. Nonnullis in domo patris mei hoc morbo correptis, Aurum tuũ potabile propinavi: quo quidem & citò & indubitatò liberantur. Si quidẽ morbus invaluerit paulò tardius restituit. Si statim post accessum morbi sumatur, vim ejus ita retundit, ut graviora symptomata nõ sentiant. Utcunq; se morbus habet, medicina tamen tertiò aut quartò hausta, illum profligat. Hisce experimentis penum omnem exhausi. Peto igitur à te ut penuriam meam resarcias. Cursori isto uncias trade quatuor, in quas ab illo accipies solidos viginti.

Vale, Barkhamsteed.

13. August. 1609.

Tuus fidelis H. Cary.

POst tuum nuper à me discessum, pauperẽ quendam è villa nostra solo auro tuo potabili restitui, qui die Solis ultimo in aurorâ subitâ Paralysi mutus remanserat per totum illum diem. Sub noctem autem, & sensus omnis, & motus tibias ejus usque ad genua deseruerat. Utinã ita cũ mea filiola operetur, ut salvam indentidem & valentem restituat. Vale.

August. 31. 1609.

Tui amantissimus H. Cary.

Servavi

SErvavi apud me, uti pretiosum aliquem thesaurum, aquam illam quam Aurum potabile nominas, quam termino Trinitatis à te acceperam. Servavi (inquam) donec coactus eam necessitatibus amicorum condonavi. Erant enim hic duæ nobiles Dominæ adhuc à partu languidæ decumbentes; quarum una in Causonem inciderat: ambabus dubia salus; erant etiam prorsus insomnes. Hausto autem tuo liquore aureo, & somnum, & solitas corporum vires, & animorum lætitiam recuperaverant. Et cùm tantas ejus vires deprehenderim, nollem eo planè destitui. Peto igitur ut uncias mihi duas illius ipsissimi liquoris transmittas, Nuncius iste pecunias numerabit. Et cum proximè Londinum accessero, & te videbo, & tibi de medicamento hoc, gratias, ut meritus es, agam. Kirbiæ, Decemb. 10. 1609.

Tui amantissimus

WALTERUS HASTINGS.

DIci vix potest (reverende Dr. Antoni) quantâ animi lætitiâ perfusus sum, quòd tam feliciter Auro tuo potabili Comitissa Dorcestriæ usa sit. Eoque magis lætor, quòd uxoris meæ suasu illud assumpserit. Hac ipsa quâ scribo aurorâ dignissimo Comiti Marito ejus in Aula Regia fiebā obvius. Hic mihi retulit quam mirabiliter, quàm celeriter aqua illa Dominæ suę vires labefactatas reparasset, adeò languenti antea & insomni, magnasq;

tuo nomine uxori meæ gratias habuit,quod te adduxerat.Hoc ego arripui,& indicavi, quanta anteà præstiteras eo solo liquore in uxoris meæ sanatione, illâ admodum insolenti quidem, & de qua te plurimùm amem. Dixi quos angores perpessa est; dixi quanta vitalium spirituum consternatione percussa: dixi quàm fuit vicina morti,è cujus faucibus ita erepta est, ut cum aquam tuam ter gustasset, & quies, & cibi appetentia, & cætera signa sint consequuta salutis: quam etiam infra quinq; aut sex dies integram & illæsam recuperavit. Huic autem tanto tuo beneficio id reddam quod habeo, ad summum nempe ut illud prælustribus meis amicis prædicem, qui tuâ operâ inposterum usuri, majora tuis studijs præmia rependant, quam meæ fortunæ tenuitas patietur. Rogo te ut huic tabellario uncias quatuor firmiter clausas ad me des: has rus mittam. Si eo successu quo priorem meam copiam in urbe distribui, nonnullas(certò scio)gratias merebor. Nulli enim (audeo dicere)nulli adhuc medicamentum illud impertivi, cui mirificissimè opem & salutem non attulerit. Nominabo tantùm duos: filium meum & malo & medicamentis tabescentem, & dilectum fratrem Tho. Leuknerum. Perplures silebo,& famulos meos & vicinos. Vale. Januarij.7.1609.

Tibi verè amicus

Lodovicus Leuknerus.

Reca-

Recapitulatio opuſculi in ſumma abbreviata.

Ut huic tractatulo imponam finem, præmiſſa quæcunque ſunt, in veritatis Philoſophicæ indubitatæ atteſtationem ſcripta ſint. Manualis experientia quæ mihi ab Altiſſimo conceſſa eſt, & comprobavit ſæpius, & palam (ubi ad id vocatus fuero) confirmabit hæc omnia. Non ego alicujus judicium exhorreſco. Si quis ambiguus hæſitet probe, confirmabitur, niſi malitioſè contentioſus fuerit. Ne ſit igitur Authoris fides ſuſpecta, niſi prius evictus fuerit Author, qui ſitibundus cinericium expectat & examen publicum. Ego in quęſtione hujus veritatis cognoſcendæ de orationis ornatu non fui admodum ſolicitus. Tenui ego (uti potui) meâ Minervâ, quæ huic inſtituto inſervire mihi viſa ſunt, complevi breviter. Veritas nudam ſe geſtiens verborum illecebris nullatenus indiget. *Quæ cecini vera ſunt, & apertas fores cerno ad altiora Arcana.*

FINIS.



APOLOGIA VERITATIS ILLUCESCENTIS, PRO AURO POTABILI: SEU Eſſentia Auri

AD MEDICINALEM POTABILITATEM ABSQUE CORROSIVIS REducti; ut ferè omnibus humani corporis ægritudinibus, ac præſertim cordis corroborationi, tanquam UNIVERSALIS MEDICINA, utiliſſimè adhiberi poſſit; unà Cum rationibus intelligibilibus, teſtimonijs locupletiſſimis, & modo convenienti in ſingulis morbis uſurpandi, producta:

Authore

FRANCISCO ANTONIO Phil. ET Med, Doct, Anglo, Lond,



IN APOLOGIAM AURI POTABILIS FRANCISCI ANTONII, EPIGRAMMA.



Fons Jovis Hammonij latis celeberri-
mus oris
Dicitur Æthiopum pingue rigâsse
solum.
Ille fuit sanis quondam gelidissimus undis,
In cœlo medium Sole tenente diem.
Manè tepens mutavit aquas, & vespere fervens
Bullijt à tenebris nox ubi tecta foret.
Pellæus Juvenis per tristes fertur arenas
Huc procul Ægypto continuâsse viam.
Rumor enim toto fuerat dispersus in orbe
De mira tanti vi, facieque loci.
At nihil inde tulit precij, nec forsan honoris,
Ille salutiferas nec sibi sensit aquas.
Non opus Æthiopes lustrare, sed Anglica tellus
En nunc Aureoli Fontis ab imbre scatet.
Qui tepet, & rigido torpentes frigore nervos
Calfacit, & motus dat renovare suos:
Qui riget, à calida postquam ardent corpora
Et sopor in tota nocte quietus abest. (febri

Aureu

Aureus Aonio fluxit de culmine rivus,
Lectus ab Antonio qui fuit uber aquis.
Hunc ne turbet Aper non Candidus, hunc malè Crudus
Ne bibat in venas Frivolus, aut Bibulus.
Et quisquis validos sentis in pectore morbos,
Huc ades, atque hausto gurgite sanus eris.
Magna latet liquido virtus medicaminis Auro,
Aureaque humanis sufficit unda malis.
Opto, sit infelix, si cui Postponius ille,
Antonius cum sit nomine, dictus erit.
Anteit Antonius multos, Potabilis Auri
Quos premit invidiæ, gloriolæque furor.
Qui vitam non odit, amet tua pôcla metalli,
ANTONI Aonij Gloria luxque jugi.

Pro tempore.

M. M. C. P. M. D. E. E. P. C.

IDEM RECIPROCUM HEXASTICHON AB *eodem.*

ANTONII AONII Fons auri labitur undis,
Labitur auri fons AONII ANTONII.
Invidiâ crepet, huic fallax qui scommata jactat,
Scommata qui fallax huic, crepet invidiâ.
Vulneribus, rogo, quòd pereat, qui vulnera figit
Vulnera qui, pereat quòd, rogo, vulneribus.

Clarissimo

CLARISSIMO ET DOCTISSIMO VIRO,

DOMINO FRANCISCO ANTONIO MEDICINÆ DOCTORI, ET CHYMIÆ EXPERIENTISSIMO, S.

LEGI, vir clarißime, tractatulum tuum de Auropotabili apud vos in Anglia editum; argumentum sanè & intentio bona; qui aliter æstimet, vix mihi inter bonos æstimandus. Flosculos tuos dulcissimos ex Chymia veræ hortis delibatos grato animo lustravi; verùm cum illis binos araneos venenosissimos insidêre viderem, exq; illo nectare venenum sibi haurire & texere futilia & inutilia reticula, vix me continere potui, quin illos turgidos & horridos uno ictu, ne dicam flatu, dissiparem. At cum animadverterem eorum texturas & opuscula permultis admiranda existere, ideo nihil incommodi illis animalculis hactenus inferre volui, ne scilicet Crabrones cum araneis conspirent. Mitto interim en spongiam Muriaticam, seu muria acri imbutam, quâ plagas ab illis bestiolis illatas aut virus infixum eluere, abstergere & sanare possis; aut si mavis, ill orinon candidas lituras aut texturas delere & omnino supprimere. Hanc pro usu tuo tibi habe, sive luci sive tenebris mancipandam, meq;, quod facis, ama.

Tui nominis observantissimus

HERMES MALAVICI.

SPONGIA

SPONGIA MURIATICA CONTINENS EPIGRAMMATA APOLOGEtica opposita criminibus GUINNII libro contentis, & Carminibus eidem præfixis,

Authore, cui nomen

HERMES MALAVICI.

Ad ANTONIO-MASTIGAS

Primum Epigramma.

Hortus in Hesperijs Anglorum consitus oris,
Floribus omnigenis Palladis uber erat:
Qui medicata ferens dives Potabilis Auri
Pôcla, Machaonias suppeditabat opes.
Hîc Hygieja suam transmoverat aurea sedem,
Humanisq; libens est medicata malis.
Hîc, & Diva Salus habitat, Parcæque sorores
Vitæ continuo stamine fila trahunt.
Livor ut adspexit flores tam divitis horti,
Faxo, refert, ne sit luxuriosa seges.
Dixit: araneolos & binos misit in illos,
Hesperidumque jubet spargere virus agros.
Illi dant monitis aures & dicta capessunt,
Incipiuntq; atro ducere fila pede.

Queîs

Queîs ita Pæonium irretire reflexibus hortum
Tentârunt, herbis & ſpoliare ſuis.
Verùm nō tulit impatiens Malavicius Hermes,
Spongiolam ſalibuſque imbuit ipſe ſuis:
Inque manus mittit Franciſco Teutonis orâ,
Beſtiolas acri quâ lavet ille ſale.
Nec mora, dū lotio bidedes aſpergit Arachnos,
Ecce redit flori vis medicata novo:
Omneque virus abit plantis tam nobilis horti
Heſperidum; virtus in ſale tanta latet.
Ite per umbroſas ô vos animalcula ſylvas,
In folijs telas & malè nete rudes:
Hîc ubi Strymoniæ Pygmæi bella volûcri
Miſcent, non tricis hic locus aptus erit.

Ejuſdem ad Eoſdem ſecundum.

Sutores duo Centonem geminum arte ſuentes
Nobile jactabant Palladis illud opus:
Viſum eſt hoc nitidum pulchroq; colore politū
Pandoram varijs exuperare bonis:
Utile ſed nullis dabat experientia rebus,
Nec quis eâ poterat commoditate frui:
Centonem pueri geminum dum fortè capeſſunt,
Hoc uſu & luſu gratius eſſe vident.
Inde fit ut tractent pueri verſatile Gwinni,
Et Rawline, tuæ quod fuit artis opus.
Ignari gaudent rerum novitate, quid obſtat
Cum magnis pueros ludere ſæpe viris?
Namq; viri ex pueris fiunt creſcentibus annis,
Menteq; ſunt viſi reppuerâſſe viri.

AD PRIMUM CARMEN GWINNII LIBRO PRÆFIXUM.

Martis avis ternos ter ubi transegerit an-
Dira venenosi seminis ova parit:(nos,
Quę si tardigradus lethali viscere bufo
Foverit,horrificam suscitat inde luẽ:
Quam referunt noto Basiliscum nomine dici,
Omniaque intuitu viva necare suo.
Tale cerebroso de viscere Guinnius ovum
Edidit(heu quantum criminis illud habet!)
Insidet huic bufo, versisque tepentibus alis
Adjuvat ut lucem fætus inire queat.
Prodijt hinc illo basiliscus léthifer omni
Artifici,Chymicæ qui probat artis opus.
Infelix nimiùm fædo Bufonius ortu
Cernitur,& curis nil sapuisse suis.
Non fuerat natus gallinæ Candidus albæ,
Qui dedit, at Corvo nigrior ille nigro.
Authores proprios ovum exitiabile perdat,
Virtutis referens experimenta suæ.
Niteris in vanum Basilisci infausta propago
Virus in humanum continuare genus.
En nova vis medici fulget Potabilis Auri
Quæ valeat tantam supprimere arte luem.
Macte tua virtute; malum,Francisce, venenum
Tolle lubens terris quod Basiliscus agit.

Aliud ejusdem ad secundum.

Ut bellum bellum, sic est mihi Candidus ille
Candidus, atratæ qui dedit artis opus.
Sanè insanivit, qui tot spurco ore cacavit
Stercora, quæ centum vix benè plaustra vehant.
An non hoc misero cerebrum dementia morbo
Exagitat, postquam lingua ita vana crepet?
Nullus in infaustis magis his incondita claustris
Effutit, aut si quem febris acuta premit.
Thersiten longè superat convitia jactans
Gwinnius, huic cedit dente minace Theon:
Victor erit, fatuis si cui victoria verbis
Obtigit, aut vincat plumbeus Aureolum.
Plurima qui sine mente dedit dicteria, si sit
Veriloquus, palmam Gwinnius unus habet.
At si simplicitas veri ratione vel usu
Spectetur, Gwinnus nil nisi verba dedit.
Verba dedit, libro dum grammaticaster in uno
Quæve Calepinus, quæve Perottus, habet.
Dictorum cumulos congessit Gwinnus acerbos,
Vaniloquâ precium dignus ab arte ferat.
Dira gonorrhææ contagia sparsit & imbres
Verborum similes dum probat aure sonos.
Si lubeat resonas audire & reddere voces,
Gwinnius umbrosum pergat adire nemus.
Hîc repetat proprium mittens ad sydera nomen,
Mirificum Gwinnus nominis omen habet.

Aliud

Aliud ejuſdem ad tertium.

Filia Solis erat, ſocios quæ vertit Ulyſſis
  In pecudes, formis reſtituitque ſuis.
Unus erat turbâ, cognomine Grillus, in illâ,
  Noluit humanos qui reparare ſonos.
Dulce etenim fuerat cœno immerſiſſe lutoſo
  Roſtra, volutabris & remanere ſuis.
Pocula ſed Circe non præbuit aurea Græcis,
  Crede mihi, ex herbis illa venena dedit.
Illecebris vexat ſimilis dementia multos,
  Ut renuant veri cognitione frui.
Queîs malè mentiri volupe eſt, & ſcommata falſis
  Edere, ſeu linguæ bella movere, dolis.
Grunnitus tantos, latratuſque inter, en unus
  Emicat, hinc Grilli qui malus omen habet?
Candidus, an niger eſt, Grillus, qui proluit ora
  Fœcibus immundis, Candidus an niger eſt?
Hoc ſcio, quòd falſò dicatur candidus, ergo
  Sit niger, & cœno gaudeat ille ſuo.
Ipſe bovis Cyprij meritus fuit eſſe merendam,
  Omnivoro tantos qui capit ore cibos,
Turbidus involuit cunctos aper ille per agros
  Omnia, quò Chymicæ dente terantur opes,
Immotæ ſed enim captis hæ mente manebunt;
  Eſt Erymantheo clava parata Sui.

Aliud ejusdem ad quartum.

EGregiam (quis enim neget hoc ?) Collegia
laudem
Hinc referunt, medicâ quotquot ab arte
cluent.
Guinniacum dum fortè probant AURUM, *non* A
Nil auri siquidem continet ille liber. (RU
Candidus ut carbo, cujus bene noscitur author,
Si volucris sese vocibus ipsa probet:
Crocîtu corvus, propriis clangoribus anser
Proditur, argutas si strepat inter aves.
Vox irata canem prodit; sua vox quoque porcum,
Rumpitur immani voce solum Neadis.
Talia si fuerint illorum pectora, qualis
Hic liber, Illyricâ sunt nigriora pice.
Mille scatet vitiis, fœdissima mille cloaca
Criminibus, puros queîs gravat ille viros.
Fallor? an à prisco talis fuit editus ævo,
Londinij medicus quo capit ordo probrum.
Monstrum horrendum, ingens, nisi me præsagia fa
Protulit infelix Gwinnius auctor opus. (lan
Quale fuit melius primo extinxisse sub ortu,
Ne daret exemplis plurima damna suis.

Aliud ejusdem in Battologiam ipsius Gwinnij.

LIneolæ ex ductu, Gwinni, velut alter A
pelles
Nosceris, artificem te grave jactat opus.

Il

le Deam pinxit, Cyprio velut æquore natam,
Nec tulit auctorem parva tabella parem.
ondinij præstans tu Censor in ordine quartus,
Antonio-mastix diceris esse libro.
lius in morem, quem nunc post terga reponis,
Judicium vulgi certius ut videas.
Ne te posset amor recto subvertere fætus,
Omnis enim est oculis menteque captus amans.
rimus en ex vulgo occurro tibi, libera lingua,
Post carecta modò tu lateas, mihi sit.
unt tria, quæ miror, Gwinni inquisita libelli,
In quibus haud quisquam par queat esse tui.
in' ut id ingenuè sine fuco pectoris addam,
Quo velut in speculo tu videâre tibi?
Copia verborum, quæ reddant grata sonorem
Syllabicum, est dictis gratia magna tuis.
Cum loqueris, putidum, putridum, putret atq; putrescit
Putre facit purum (sunt tua verba) putum.
Millia vis exempla, darem; sed parco papyro,
Larva hominis, nullâ mente videris homo.
Deinde tuis nulla est connexio rebus, ab uno
Pergis ad oppositum, dans sine aquâ sabulum,
Nullus inest toto versus vel codice, qui non
Testetur muscæ te similem ingenio.
la quidem gyros æstivo ducit inanes
Aëre, nec causa est, cur eat & redeat.
Denique judicium fallax te deserit, omni
Re vacuum, nec quid dixeris, ipse vides.

Non multum retulisse juvat, sed qualia vera,
Multiloquus multum sermo tenet vitij.
Hæc tria si studeas proprio delere libello,
Uda tuum, quantum est, spongia tollet o-
pus.
Lychnobium scio te pingui studuisse Minervâ
Cui Liber dictet libera dicta libro.
Hunc modò si lymphis tractes nutricibus, acri
Quem Liber libro dat, sapor arte perit.

Ad Epigrammatistam calumniantem in fine libri.

ANtonius cum sim, nequeo Postponius esse;
Prima modò dempta est littera, sis No-
nius.



VIRO



Viro Amplissimo

MICHAELI MAIERO
PHIL. ET MED. DOCTORI, PALATII CÆSAREI COMITI, EQUITI, Exempto,&c.



UÆRIS à me (Doctiss. Majere) quid ego de poculento illo auro Antoniano sentiam, quod omnibus ubique medicis in ore est. Æquius esset ut pro tuâ praxi & medicâ & chemicâ, judicium ego tuum & limatum illud & politum requirerem: sed quia inhumanũ esset, quærenti tibi non respondere, & planè impiũ, quos expertus sum, ejus medicinæ effectus non confiteri; simpliciter, & apertè quod quæris eloquar. Scio perplures esse nostrates medicos, eosq; etiam insigniter doctos, qui illi medicamento non modò laudem vel minimam invident, sed noxium etiam clamitant, & indignum ut ad usum medicum adhibeatur. Sanum sit illis & salvum judicium; cuique tamen pro rei veritate fari licebit. Ego igitur ut illud medicamentum præstantissimum esse sentiam, & ad usus permultos idoneum; fecerunt mirabiles ejus & laudatissimi effectus,

ctus,

ctus, quos in valetudine meorum expertus sum: quorum unum, aut alterum non erit indignum recensere. Unum ex filijs meis octennem Caros quidam aut Coma invaserat: quumque esset ἀναλγησία, nihil temere in medicinâ tentandum censui. Post aliquot septimanas quum morbum indies invalescere perspicerem, Marasmum timui aut Lethargum: somnus enim erat ferè perpetuus, marcor insignis, nulla cibi appetentia, dejectæ vires. Hîc ego pro illâ, quæ mihi est cum Doctore Antonio, necessitudine, opem ejus implorabam: grana aliquot essentiæ auri in suo liquore solvit, & propinari jussit; tertiò obtuli, & planè revaluit. Pro filiâ autem meâ infante, quæ tum mihi unica erat, perpetuas illi gratias debeo semperq; debebo; quod medicinæ illius felicissimo subsidio in deploratâ vitæ spe restituta est. Bimestris illa infantula subitò ingruente morbo correpta elanguit. Fecit sedula mater quæ filiæ languenti debuit, sed incassum abierunt omnia. Spe igitur vitæ jam inclinatâ, tentare tamen volui, ecquid in aureo illo liquore esset subsidij. Antonius Cometz grana aliquot in cochlear instillavit, lactis materni aliquid addi jussit, & in os infantulæ paulatim ingeri: suspiria altè duxit & gemitus tanquam animam mox reddituræ: at sumpto liquore (mira sed vera loquor) post semihorulam & gemere cessavit, & mammam pressit: post duas horas aliquantulum ejusdem liquoris gustavit, idq; tertiò; sub vesperum hæc facta omnia; mane autem apparuerunt exanthemata illa sive variolæ, quæ in omni-

bus

bus infantibus ad nonum ferè diem efflorere ſolent; in illâ autem ante id tempus non apparuerant. Sic facta eſt ſalva & ſana ad biennium: ſubinde ex variolis gravißimè ægrotavit, quas tandem croco lacti incocto prolicui: illis autem toto corpore apparentibus, ſtultiſsima nutrix abſente matre foras produxit infantulam: ſic omnis morbi malitia ipſum cor appetivit. Hinc de ſalute periclitata, quum vita ipſa eſſet in ambiguo, ad aureum illum liquorem tanquam ad anchoram ſacram confugiebam; quem quum hauſiſſet, & debito calore fota eſſet, ſalutaria omnia ſunt conſequuta. Quare quum ex ſingulari Dei miſericordia, optimo illi medicamento, filiæ meæ vitam bis acceptam referam, de illo auri liquore & ejus eſſentiâ poëtæ verbis dicam, Ἄριστον μὲν ὕδωρ ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ, *quod plurimos humani corporis morbos ita atterit & abſumit: ut tanquam auxiliare illud Medeæ carmen collapſas vires refocillet. Vale.*

Dignitatis tuæ ſtudioſus

ALEXANDER GIL.





AUrea meſſis erit, Phœbo radiante ſuperba,
Et ſtipulam grandi pondere ſpica premet.
Aurea creſcentes calamos ditabit ariſta,
Nec numerus magni ponderis ullus erit.
Tu modò macte tuâ conſtans virtute: Triumphi
Sic tibi magna novæ gloria prolis erit.
Heus ego vaticinor. Facili mihi Carmina venâ
Suggerit ad myſtas Dives Apollo ſuos.
Quod reſtat nihil eſt: Aſcende, ſedeto, videto;
Te ludente tibi perficietur opus.

TIMOTHEUS WILLISSIUS,
Doct. Med.



PRÆ-

PRÆFATIO AD LECTORES, UT JUDICII SIC CANDORIS Eximij.

Quod olim, Candidi lectores, Alexandro illi Magno Regi singulari cum præconio asscribitur, eum in causis dubiis unam aurem accusanti, alteram reo præbuisse; id quemcunque sive Judicem, sive Censorem, imò lectorem & auditorem judicio valentem maximè decet: ut nimirum non saltem à Calumniantium ore dependeat, iisq; arrectis auribus adstet, sed quoq; se defendentium calamo integrum reservet, & veritatem causæ magis, quàm favorem aut odium personæ, respiciat. Hoc animo & nutu cum vos (sive sublimi, sive imo sitis nati loco, dummodo literis humanioribus imbuti) inprimis fore non dubitem erga quemcunq; præsertim literatum: hinc Apologeticum hunc meum librum de Auro Potabili seu Essentiâ Auri, vestris non tàm manibus quàm animis suscipiendum, legendum & fovendum obtuli; non diffidens, quin in eo magis sinceros & mites, quàm rigidos, & severio-

res affectus, declaraturi sitis. Quòd si verò ante hac meorum detrectatorum malitiâ & importunitate circumventi, calculum contrà me jeceritis, hoc est, sinistrè de me meisq; rebus senseritis; id imbecillitati humanæ ut asscribendum sentio, ita ad vos ipsos magis informatos, seu Apologiâ meâ certiores redditos, appellare volo. Si enim (ut quidam conquestus est non immeritò) sufficiat quenquam accusare ac calumniari, quis nostrûm â calumniis unquam liber evaderet? Hoc mihi unicum est remedium contra sycophantæ morsum, hoc mihi scutum contra tot adversantium tela, nempe esse immunem ab omni fuco, & præcinctum veritate, quæ nuda me cum conscientiâ purâ nullorum injuriis prostituet, sed, Deo dante, potentissimè eripiet. Vobis autem omnibus, quotquot estis candidi & veritatis amici, hunc tractatulum meum non solùm, sed etiam Medicinam in eo protectam, consecro, ideò, quia & materia universalis est per se, & homo, aliàs hominis gratia conditus, ad utilitatem hominis omnia sua mancipare debet. Unde, ut Socrates olim à quodam interrogatus, Cujas esset, respondit, se Cosmopolitam, seu mundi totius civem, ac non solùm Atheniensem agnosci: Sic quilibet in Arte medicâ promotus, cujuscunq; patriæ aut nationis extiterit, se toti orbi, quoad possibile est, ac præsertim Christiano, adstrictum officio suo æstimare posset: cum id à professione nec muneris, nec fidei (quæ charitatem in omnes exercere jubet) sit alienum, sed maximè requisitum. Ne itaq; miremini, quòd vos omnes absq; discrimine patriæ vel alterius terræ, appellem, mearumq; re-

rum,

rum, indefesso labore præcedente, & experientiâ consequente, in Medicinâ peractarum participes faciam: cùm omne donum quò melius, eò communicabilius habeatur: Non eam equidem ob causam, quasi persuasum mihi sit, ab alio vel alibi tale quid minimè præstari posse: sed quia Deus Opt. Max. (cujus gratia inexhausta, ad diversas gentes, regiones & personas sese indies effundit) me hoc Arcano honoratum voluit, ut aliis quibuscunque ad hoc aut simile Medicamentum, universali proximum, indagandum ansam præberem, quò vehementissimis morbis levamen præsentissimum, tutum & jucundum postulantibus non deesset. De cujus, nempe Auri Potabilis usu, efficaciâ ac viribus, quomodò tàm veteres, quàm recentiores consentiant omnes, inde patet, quòd ab iisdem statuatur, quemcunq; verum Medicum Auro quodam Potabili probatissimo instructum esse debere, æquè, ut è vegetabilium ordine petitis Pharmacis: Quæ tantum abest quòd condemnem, ut etiam ultrò in tempore eadem adhibeam, nostroq; huic auro Potabili pro cujusque rationalis Medici judicio adhiberi velim: Hoc, ut est in cujusq; discretione circumspectâ, cui, quidquid desiderari hac in parte possit, lubens submitto; sic, ut studium hoc nostrum juvandi alios, candidâ interpretemini mente, etiam atque etiam rogo: quos omnes Deo Opt. Max. commendatos velim.

Datum Londini Anglorum.

DIVISIO



DIVISIO TRACTATUS.



ANTE quinquennium ferè Tractatulum de Medicinæ Chymicæ & verè Potabilis Auri Assertione, in lucem emisimus, cujus hæc sunt Capita: 1. Potabile aurum an sit. 2. Quòd potentissima medicinę vis lateat in metallis. 3.. Quòd inter Metalla Aurum summum obtineat in astruenda verâ Medicinâ. 4 Quale sit mysterium Auri solvendi & per alembicum elevandi. 5 Quod publicum examen hujus veritatis fieri debeat, ut silentium imponatur oblatrantibus sempiternum. 6. Quòd Aurum potabile universalis medicina dici mereatur: ac tandem 7. De multiplici usu ac viribus nostri potabilis auri. Quod scriptum, cum veritatem nudam & simplicem ob oculos omnium legentium demonstret, ideoque simplici & plano sermone â nobis editum, etsi multis doctis & veritatis amantibus, tàm hic, quàm alibi re ipsa satisfecerit; nescio quo pacto tamen quamplurimos excitavit invidos & detrectatores, qui, cum

cum ipsi vix quicquam boni præstent, aliorum conatibus optimis se opponant (utpote privato & sordido inhiantes lucro) idque potissimum in hac civitate Londinensi. Horum maledicentissimis centonibus, quibus eruditorum aures plus nimio in seculi probrum hactenus oneratæ fuerunt, responsum in particulari parallelum seu æquivalens, nullus, sat scio, à me requiret, qui detrectatorum verba, meæ institutionis propositum & mentem, ac hujus temporis, ne dicam, ævi brevitatem & preciositatem benè consideret. Quid enim ex chartis maledicis utilitatis præsentibus aut posteris provenit, nisi quòd caninam facundiam suorum auctorum testatam faciant, uniq; calumniarum auctori, Diabolo, litent ac rem gratam præstent? Redeat igitur Echo septivoca ad suam primam originem, seseq; multiplicet in infinitum, Meum non est insanas reverberare voces singulas. Apologiam verò omnibus ex æquo opponere, tanquam scutum Veritatis, nostræ maximè intentionis est; idque varias ob causas. Primò ut honorem & famam meam â calumniatorum morsibus illæsam (quod boni & cordati viri est) conservem & defendam. Secundò, ut Veritatem, veluti Rosam inter spinas compressam, à puncturis, seu maledictis adversariorum liberem, & æthereæ luci restituam. Tertiò, ut Auri potabilis vires ex sese revirescentes, tâm exteris, quàm inquilinis hoc scripto (unde Deo gloria, & hominibus utilitas nó exigua accedat) communi-

municem. Quod idcircò in tria membra seu partes dividam; quarum primâ, Tractatus nostri anteâ editi Assertionem de Auro potabili; quòd nimirum quædam universalis medicina, aut saltem appropinquans ad eam statui possit, magis dilucidam faciam; ac rationibus infallibilibus demonstrabo. Secundâ, talem esse hanc nostram medicinam ex Auro petitam, testimonijs & exemplis productis clarissimis, quoad sufficiat, convincam. Tertiò, usum & modum utendi in singulis morbis patefaciam, ut & alij, non invidi donorum Dei æstimatores, hoc arcano frui possint, adjectis circumstantijs omnibus, quæ huic proposito conveniant.





De

DE PRIMA PARTE.

VNiversalem non dari medicinam varijs argumentorum rationibus sunt qui contendunt: Quibus sanè assentior, si intelligant præcisè omnem affectum contra aturam pro morbo: Multi enim ex his sunt atales & immedicabiles, nec manum mediam, nec curam admittentes. Ne nostra igitur icta quisquam aliter, quàm volumus, accipiat, istinguendi sunt Morbi: Sunt autem omnes, el â nativitate, vel casu superveniente orti, vel b humoribus junctis cum intemperie, vel á so intemperie producti. Qui â nativitate & ca- u aliquo contingunt, ut sunt exempli gratiâ, efectus alicujus in manu vel pede digiti, vel uperabundantia ejusdem, cæcitas, surditas, ermaphroditica corporis constitutio, nasi re- ectio, & his similia, Chi rurgiæ operam, licet c hanc rarissimè, nunquam medicinæ, requi- unt. Qui verò sunt alterius ordinis, nempe, à ausis in corpore humano generatis, quales unt plerique medicis rationalibus ad curan- m propositi; hi si medicinâ unâ aliquâ pre- osissimâ mitigari, tolli & curari possint, certè

hæc Univerſalis dici merebitur. Ut enim perfectus medicus eſt, qui ſecundum artem omnes morbos curare ſciat, quamvis multos pro incurabilibus ut relinquat neceſſum ſit, non ratione imperfectionis agentis, ſed quia natura ſubjecti non aliter admittit; ita etiam Univerſalis medicina habebitur, quæ potiores, licet non omnes, eradicet: non ob impotentiam medicinæ, ſed ſubjectorum inhabilitatem. Talem medicinam univerſalem reverâ dari & haberi poſſe, præter experientiam antiquorum infallibilem, rationibus firmiſſimis approbari poteſt.

I. Ratione medicamenti.

Primò enim Polychreſta Dogmaticorum hoc planè evincunt, quæ ſi non ſolùm uni morbo aut cauſæ conveniant, ſed pluribus, quid ni & dabitur medicamentum adeò nobile, ut ex polychreſto Panchreſton ſeu Univerſale fiat? Nil autem refert, ſi reſpondeatur, polychreſton ab arte fieri ex compoſitione, Univerſale verò dictum ex uno peti, quod impoſſibile videtur, ut unum quid ſit contrariarum virium. Sed ad hæc quilibet ſibi reſponſum petat ex ſimplicibus polychreſtis per ſe ſuâque naturâ abſque ulla compoſitione: ut apparet in Aceto, Rhabarbaro, Plumbo, Nitro, Argento vivo, Vitriolo, ipſo Opio, Camphora, & innumeris alijs: ex quibus quædam adſtringunt & aperiunt, quædam calefaciunt & refrigerant, quædam alias contrarias operationes & effectus præſtant in identitate ſuæ ſubſtantiæ: Veluti uſus docuit, & ipſi auctores hoc unanimi conſenſu atteſtantur.

antur. Quid jam dicemus de Auro, quod omnis antiquitas pro medicinæ universalis sacrario agnovit & hucusque posteris commentatum reliquit? Id nimirum omnes jam dictorum, nec non aliorum simplicium facultates æmulari & exprimere, imò æquare, nec hoc solum, sed multis modis quoque superare, ut mox patebit.

Præterea, cùm fons quasi & scaturigo plerorumque morborum sit una intemperies, quid obstat cur non eorundem propulsandorum stabili possit unicum auxilium, atque hoc tempestissimum, quale est Aurum? Ipsum licet elementatū sit ex quaternario numero, æquali tamen lance librata sunt omnia sua Elementa: nulla est unius redundantia; nullus defectus alterius; nulla repugnantia in omnibus. Terra elementum proportionatur æqualitati Aquæ, Aëris & Ignis: Aer commensuratur Aquæ, Ignī Terræ: Ignis similiter, Aquæ, Aëri ac Terræ. Inde fit ut corpus perfectè anatyzatum dicatur: quia unum Elementum non prævalet alteri, nec unum resolvitur sine alio: sed quodlibet docet alterū præliari contra ignis pugnam: (ut loquitur Lullius) atque hinc est, quòd furiosam flammam non pertimescat Aurum, verùm stabiliter in igne perseveret absq; diminutione. Ex hac Elementorum proportionatâ misturâ, resultate temperamentum in mediocritate summa dispositum: Unde Baconus: Aurum, inquit, est mediū inter quatuor qualitates. Cum

II. Ratione Auri.

Epist. tertia de Arte Chy.

igitur in Auro ex Dei decreto sit tanta adæqua-
tio & temperamentum subtile, hoc in prim
qualitatibus primò relucet: ideoque adversatu
calido, frigido, humido, ac sicco inordinato, re
frænans has intemperies & paulatim vincen
eas, reducensque tandem ad verum tempera
mentum. Et sic custoditur inviolatum Hipp
illud Oraculum: Contraria contrarijs remedi
sint: Mediocritas enim omni extremo contra
riatur, veluti & unum extremum alteri. Quo
in Physicis & Ethicis locum habet: hinc libera
litas tenacitati & prodigalitati, ut virtus medi
vitijs extremis adversatur; & fortitudo temer
tati & timiditati.

Tertia Ratio.

Tertia succedit ratio ad temperiem cor
poris humani spectans; Mors (inquit Gal;) sem
per ad immodicas sequitur Cordis intemperan
tias: Et morbi similiter. Simul enim cum Co
de omnes vitiantur partes (ut loquitur ille...

Do locis affectis lib. 5. cap. 1.

Consideremus itaque Aristocratiam corpor
humani, quomodo Cor præsideat aut imper
suo calore & spiritu vitali reliquis membris
visceribus: Consideremus similiter quo pact
intemperies â membris cæteris communicatu
Cordi, unde hoc languet, & per consequens, i
dividuum interit. Jam verò, si temperies a
Auro imprimatur Cordi, unde hoc restaur
tur, reliqua membra & viscera hoc sentiunt, i
deque robur & vires recuperant. Hinc Medic
Dogmaticus dextro oculo ad vires ægri ref
cillandas respicere debet. Si enim illas sem
ad

deò neglexerit, ut collabascant, postea frustra
emedium adhibebit. Rectè igitur monuit ille
ui dicit: Primum in medico est, ut Cor benè
oboret: posteà ut morbum strenuè aggredia-
ur.

At quomodo (inquies) Aurum adeò durum *Objectio.*
ı substantia, & stomacho humano indigestibi-
;, ad Cor penetrabit, suisque viribus illud re-
aurabit, cum saltem Cor ex spiritibus claris,
opiosis & temperatis roboretur; hi autem ex
ono sanguine generentur, ad quem Aurum
t ineptum?

Respondeo: Multi observârunt, quædam *Responsio*
ontingere ex occultis naturæ proprietatibus,
uorum causam manifestam nos homines ex-
rimere non possumus: ut videmus in Magne-
ica vi attractiva ferri, & ad polum mundi se di-
igente, innumerisque alijs: & tale quid fortè
n Auro corroborante Cor humanum fieri, ut
jus rei causa certissima tradi nequeat. Interim
le viribus Auro asscriptis nullus dubitare po-
est, qui tot classicorum auctorum monumen-
a legerit, tàm veterum, quàm recentiorum:
uemadmodum in priori nostro Tractatu satis
bundè, capite primo, eorum testimonia in me-
ium attulimus, quæ suo loco videnda & consi-
eranda sunt. Unius Arnaldi de Villa nova ex-
ellentissimi, & Philosophi & Medici, de Auro
îc producam: qui libro de Conservanda Ju-
entute & retardanda senectute, capite secun-
ò: *Et est sciendum* (inquit) *quòd innovatio &*

 con-

confortatio cutis fit cum potatione aquæ Auri puri-
simi propriè. Ipsa namque Alopeciam curat & Ty-
riam, & transmutat corpus humanum, syncerat &
innovat ipsum, & virtus multarum rerum approxi-
mat huic operationi: Sed ipsa est, quæ prædictum
miraculum facit, & quæ non corrumpitur, & com-
plexioni humanæ est conveniens, & neque calefacit
neq; infrigidat, neque humectat, neque desiccat, imo
est omni temperamento temperata, omnemq; rem
excedit in temperantia & perennitate, quam habet.
Etiam subvenit stomacho frigido, timorosos facit
audaces, Cardiacos confortat, valet contra Melan-
choliam & Alopeciam, & calorem naturalem con-
fortat & temperat: nec est res aliqua quæ stare pos-
sit loco ejus: & virtus ejus in sua manifestatur sub-
stantia, quia est in ea caliditas, ideò clarificat; & in
ea est magna temperantia, ideò magnum tempera-
mentum efficit super omnem rem; & quia est peren-
nitas, ideò conservat corpus humanum: & in ea est
assimilatio complexioni humanæ, & ideò incorpo-
ratur, si præparetur ut decet, & in ejus præparatione
est totũ secretũ, quod sapientes propter invidiã oc-
cultaverunt. Confirmat autẽ & syncerat Cordis sub-
stantiam, & suæ puritatis impressione omnem deji-
cit impuritatem ab eo, & tuetur illud, & clarificat
spirituum substantiã, & movet sanguinem ad cutim,
& inducit pulchritudinẽ iuvenilem abstersione levi.

Hæc ille, & multò plura de Auri dotibus eximijs. Quòd si mihi quid in hac difficil-lima quæstione, (quomodo Aurum Cor cor-roboret, & tot prætereà propulset morbos) vi-

deatur

deatur, liberè dicendum sit absque præjudicio, id faciam, ita ut cuilibet sua opinio reservetur ad libitum: Aurum esse inter omnia corpora mixta temperatissimum in qualitatibus omnibus elementorum, nullum est nubium: hoc est, haberi in auro humiditatem caliditati, & siccitatem frigiditati conjunctam, illam ut agentem & prævalentem, hanc ut patientem & quietam: Unde Aurum non solum quid quasi incorruptibile in Aqua, Igne, Aëre & Terra, ac terrena æternitatis imago existat, sed etiam Cordi humano maximè conveniat, quod ex sanguine calido & humido spiritus vitales, per motum systoles & diastoles fabricat: Temperies autem illa in Auro duplex statui potest, una Arithmetica, atque hæc æquationem facit omniũ qualitatum, quam retinet Aurum, dum in suâ corpulentâ substantiâ remanet, non solutum in potabilitatem. Secundùm hanc, Aurum operari nonnihil, credibile est; cum tot medici vires Auri in hac suâ crassitie etiam manentis adeò extollant, ut Aurum ignitum extinguant in liquoribus; aut foliatum, aut limatum cum conservis propinent ægrotis ad vires refocillandas. Atque hæc temperies in Auro est in materiâ & formâ: hoc est, tàm in patientibus quàm agentibus ejus Elementis. Unde cùm forma majorem operandi vim habeat, & nobiliora Auri elementa complectatur, nempè ignem & aërem, unde caliditas & humiditas quasi vinculo naturæ hu-

manæ amiciſſimo vinciuntur; Hinc Aurum, manens in ſuâ corpulentâ craſſitie minus virium exerere poteſt, quàm ſi rareſcat, ſolvatur, & in ſua componentia Elementa reducatur, hoc eſt, potabile fiat. Tum enim prædominantur virtutes agentes, formales, igneæ & aêreæ, quæ ſuâ proprietate ſpiritibus corporis humani, ipſiq́ue cordi aggregatæ, hoc mirâ ſuâ facultate reficiunt, illoſq́ue gratâ ſimilitudine reſtaurant & augmentant: quæ temperies Geometrica dici poteſt, utpote, in quâ prævaleat proportionalis qualitas cordi humano amica, & complexionata, calida humiditas, ſeu humida caliditas. Quid? quòd radicale humidum, in quod calor innatus agit in corpore humano abſque intermiſſione (ut flamma lampadis in oleum) idq́ue conſumit, hac Auri temperie Geometrica ex parte reſtitui poſſit, atque ſic senectus ad tempus prohiberi? Hinc eſt quòd Auro eaſdem vires aſſignant; quod Arnoldus Villanovan. innumeriq́ue alij demonſtrant. Verùm objiciet aliquis inſtando, Si Aurum eſt exactè temperatum, nullam actionem in humano corpore, exerere poterit, cum actio omnis â prædominante qualitate procedat, æquatæ autem qualitates mutuis vinculis coërceantur. Ad quod dicendum, quòd medici ſuadent eo tempore, quo morbi intemperies etiamdum incognita eſt, temperatis utendum eſſe, quæ nulli qualitati manifeſtè nocere, ſed omnibus ex æquo convenire queant. Quòd ſi hoc cum ratione medici,

Objectio.

Reſponſio ad Objectionem.

ci, & utilitate ægrotantis fiat, multò rationabilius & utilius erit, propinare medicamentum non solùm temperatum in qualitatibus, sed ita in eis excellens, & firmatum, ut â nullo contrario oppugnari, aut simili dissolvi possit: quemadmodum in omnibus vegetabilibus temperatis contingit, ceu patet in Manne per se quidem temperata, in biliosa autem natura, aut stomacho calidori facilè bilescente, & calorem præternaturalem augente. Tale quid in Auro temperato non verendum est, quippe quod suam temperiem in ignibus fortissimis invictam conservet, ejusque Ideam, ceu radium subtilem, Cordi trasmittat contemperando. Sive itaque dicamus, juxta Hippocratis decretum, Contraria contrarijs tolli, ad Morbum ejusq; causam & Remedij qualitatem; sive Similia similibus conservari, ad vires Ægri seu Cordis corroborationem respiciendo, Aurum utroq; modo convenientissimum morbis erit remedium, præsertim si ad potabilitatem per solutionem Philosophicam redactum sit.

Datur quoque universalis medicina ex consideratione naturæ ægri, seu affectus contra naturam. Nam si morbus validus, quasi onus, incumbat ægro, vires autem imbecilliores ei portando ad metam non sufficiant, quid hîc agendum? An non potius refocillandæ vires, ut perstent & evincant onus, quàm ut onus tentetur abjici, & pereant vires? Unde patet omnem ægritudinem viribus confirmatis evinci *Quarta Ratio respectu ægri*

posse à naturâ, quæ sola est morborum medicatrix & victrix, non pharmacum. Quod in mulis peregrinantibus usu venit, id quoque similiter in ægrotis. Non licet illis semper sarcinam detrahere, ut pascas, sed pastum præbere poteris, ut perdurent. Hic nunquam morbus abigitur inconsultis viribus, sed vires reponuntur sæpe ad morbi decrementum. Huc spectat illud Arnaldi. *Hoc egerunt olim veteres quidam medici. Eorum unica intentio fuit vigorare naturam: quæ alleviata & vigorata perficit omnia ut expedit. Ita nunquam subvertebant hominem. Cum Cordialibus igitur nunquam desinas operari.*

Lib. de simplicibus.

Quinta ratio.

Quintò, cum constet plerosque in corpore humano morbos ex obstructione viscosæ, pituitosæ aut mucilaginosæ materiæ fieri, quæ non separata sit â vasis suæ concoctionis, sive ob imbecillitatem innatam aut supervenientem; hinc separatâ hac & discussâ, obstructionem tolli, morbũ profligari, & symptomata cessare animadvertimus. Ex ejusmodi enim obstructionib. varia genera febrium, ut ardentium, putridarũ, hecticarum & malignarum, exoriri solent: Imò tàm calidi quâm frigidi morbi seu symptomata, quibus etsi magno cum juvamento interdũ adhibeantur remedia ex vegetabilibus petita; tamen cum plerumq; sint momentanea & non satis efficacia; aut, si hoc, nimis tamen corpus commoventia & rarò sine noxa, vix unquam cum temperie, simplicitate & jucunditate quæ requiritur: Hinc ijs omnibus anteferri debet,

quod

quod ſit temperatiſſimum & æqualitati corporis humani proximum. Hoc n. nec frigore ſuo nocebit partib. aut affectibus frigidis, nec calore calidis; ſed omnibus ex æquo, ab obſtructione liberando, prodeſſe poterit. Cauſam adimi oportet (ex conſilio Galeni) propriâ cujuſq; naturæ inventa cõtrarietate; ſi ab obſtructione ita eſt affectum corpus ægrotum, hac recluſa. Huic conſilio acquieſcendũ eſt nobis in tali paſſu, & reſerandæ fores clauſæ. Ita placidum inſequitur refrigerium in calidis, collapſi ſpiritus refocillantur, & ſanitas in propinquo eſt. Idem ſtatuendum de morbis frigidis, ſeu â frigida cauſa excitatis. *Cum ſanguis ſteterit* (inquit Hippocrates) *atque cum eo ſpiritus, infrigidationes fiunt, Vertigines, Aphoniæ, Capitis gravitates, & Convulſiones, quibus ſuccedunt Paralepſiæ & Epilepſiæ, qui affectus ſunt frigidi.* Quid multis? Conſtat ſatis affectus varios, maximeque inter ſe diſcrepantes, imò planè contrarios, ab unicâ illâ obſtruente impuritate originem trahere. Unde igitur irrepſerunt iſti tot morbi, eâdem remedia eorum intrent, & per eadem ſequantur retrò veſtigia. Materia hîc obſtruens cum ſit in omnibus, ſublatâ hac in quolibet affectu, hic ipſe tollitur, Expedias (inquam) hanc materiam ac diſſipes, aperias naturæ meatus, ut ſpiritibus pateat aditus per ſua organica vaſa, ita ſequitur virium, & per conſequens ſanitatis reſtauratio. Verùm ex jam dictis difficultas alia ſuboritur, quomodo nimirum humores adeò copioſi

Meth. Med.

De Victus ratione.

Objectio.

non

nonnunquam existentes in humanis corporibus, inde possint ejici medicamento, quod non evacuet ut solent cathartica per vias communes, sed saltem corroboret vires aut Cor refocillet? Respondeo. In multis morbis (fateor) esse copiosos humores, causas & continentes seu proximas & antecedentes, quæ nisi excernantur suis locis & temporibus, vix sperata sanitas consequetur. Quocirca si tum clementi quodam evacuativo adjuvetur natura ægri & dicti medicamenti universalis, eò melius & citius virium corroboratio & morbi propulsatio contingeret. Verùm si hoc non fiat, & hujus rei ratio per se consideretur, nihilominus Natura viam sibi inveniet melius, quàm ipse medicus, qui saltem adjutor & minister Naturæ est, non magister. Nam in singulis Morbis, quò Natura evacuationem instituit, eodem & medicus eam dirigere tenetur, dummodò sit critica & non symptomatica ex imbecillitate, & circumstantijs morbi conveniens. Possem quidem hoc loco rationes plures alias non parvi momenti pro demonstratione hujus partis adducere: verùm cum illæ vel sub hactenus relatis comprehendantur, vel ab alijs antehac allatæ sint ad simile propositum, nos illis hic brevitatis gratia supersedebimus, & saltem unicam ex placitis Raymundi Lullij acutissimi Philosophi adhuc proferemus: qui in Theorica sui Testamenti, Cap. 32. *Benedictus* (inquit) *sit Deus gloriosus omnipotens, qui humano generi dedit intellectum ad*

Responsio

Ratio sexta à placit. R. Lul.

con-

conjungendum & integrandum particularitates confusas totius Medicinæ cum universalitate reali, per quam remanebunt rectificata omninò. Et ideò fili monemus te, si desideras esse perfectus Medicus, non ponas te complacentiæ particularitatum medicinæ, quia confusæ sunt & non hodiè integræ. Natura enim eas pati non potest propter confusionem nimiam, sed complacere in unica medicina, quia non est nisi una sanativa totius malitiæ, pravitatis & infirmitatis, & confortativa spiritualium virtutum, &c. & paulo post. *Qui multas & plures particularitates sciet ad universalitatem reducere, inter alios erit melior. In particularitatibus sunt virtutes confusæ, & in universalitatibus sunt reales virtutes in unum congregatæ, & excitatæ, sicut totius Naturæ cursus manifestat, & est Medicinarum medicina. Et qui talem habet medicinam donum Dei habet, quia thesaurus, est incomparabilis.* Hæc ille. Quibus licet arcanum Philosophicum intellexerit, satis tamen demonstrat, esse medicinam universalem in rerum natura; quæ, sive ab Auro propagetur, sive Aurum ipsa propaget, perinde est. Imò, ipsum Lullium in innumeris suorum operum locis de auro manifestissime loqui, licet interdum de tincturâ intermisceat, quilibet animadvertere potest. Sic libro de medicinâ secretissimâ docet modum extrahendi quintam Essentiam ab auro. Et scias, inquit postea, fili mi, quòd eodem modo, quo extraxisti & separasti & depurasti quintam essentiam ab auro, etiam ab omnibus alijs separare

rare

rare debes ſuprà notatis mineralibus, &c. Et in libro Mercuriorum dat aquam Auri ſanis cum diverſis mixturis, cum vino, phlegmaticis: cum brodio carnis, melancholicis: & ſic in alijs. Accipe (inquit) de aqua Auri ad quantitatem medij cochlearis, & erunt ſecuri ab omni ægritudine, & rectificati contra qualitatem temporis. Similiter infirmis adminiſtrat eandem aquam Auri diverſis modis in omnibus morbis. Hæc & his ſimilia in Auro latentes vires manifeſtiſſimè demonſtrant humanæ naturæ amiciſſimas: quas aſſeruiſſe, & medicinam univerſalem eſſe, indeque peti, pro prima hujus Tractatus parte declaranda nobis hîc ſufficiat.

DE SECUNDA PARTE.



ACTENUS adductis rationibus pro medicina Univerſali, nonnullis ingenio mitiori præditis, & doctrinâ, ſatisfeciſſe inſtituto noſtro videmur, cùm ipſi per ſe ſuaque naturâ inquiſitioni ſummi arcani inſiſtant, aut alios inſiſtere quamplurimos animadvertant: verùm permulti id perſuaderi ſibi haud patientur, etiam ſi perſuaderemus, utpote ſuo nutu ab his & ſimilibus naturæ & artis ſecretis abhorrentes, quibus nihil dixiſſe aut ſcripſiſſe præſumimur. Utrique, & hi & illi pernegabunt

gabunt hanc noſtram Auri præparationem eſſe veram aut veritati propinquam, hoc eſt, noſtrũ Aurum potabile non eſſe illud decantatum medicamentum univerſale, ad omnes languores corporis humani tollendos accommodum. His duplici modo reſponſum velim: primò, Ratione, idque breviter. Secundò, Experimento, idque copioſius. Omnis enim veritas & cognitio his duobus tanquam criterijs & fulcris innititur, quibus detractis illa corruit, confirmatis ſtabilitur.

Quoad rationem, in Tractatu noſtro priori, cap. 4. 5. & 6. pro hac veritate ſatis adduximus, quod ſuo loco luſtretur: Nihilominus hîc conſiderari velim, multas eſſe vias ad unam ſylvam ac diverſa media ad eundem finem. Sunt qui ad ſummam medicinam adſpirant per Mineralia aut imperfecta Metalla, alij per vegetabilia aut Salia, nonnulli per Animalium ejecta aut partes; quibus ſua inquiſitio placeat, quouſq; libeat. Mihi curæ fuit & eſt in Auro naturæ ſatis noto, Magnalia recondita perſcrutari & indagare: è quibus quantum conſecuti ſumus, experientia ipſa atteſtetur. Scribant invidi & oblatrantes, ut velint, in ſuis centonibus contra me, Aurum non Aurum; hoc certo certius eſt, Aurum à me, in non aurum, ſed Auro centies precioſius medicamentum redactum eſſe. Eſt enim Aurum inſtar regiæ alicujus domus, quæ non ſolùm extrinſecus omni ornatu faſtuoſo ſplendet, ut deſiderium ſui per-

luſtrandi

luſtrandi penè omnibus naturæ contemplatio-ni deditis, relinquat ; ſed & intrinſecus abundantiſſimo remediorum penu ſcatet, ad quam tamen pauciſſimis aditus pateat. Hujus Gazophylacij,etſi non omnes dotes, quæ innumerabiles ſunt,æſtimare poſſim : tamen haud paucas,neutiquam aſpernandas,in eo animadverti, quæ ſuo honore ut digniſſimæ, ſic de illis magno illi Regi, Deo, qui has Naturæ fores nos pulſare jubet,gratię pro meritis reddendę ſunt. Quotuſquiſque ex mille inquirentibus huic ſimile reperit arcanum ? Quis non in cortice duriſſimo ſemper hæſit ? ut ad nucleum aureum liquorem rariſſimè pervenerit? Verùm ad rem.

Ratio 1. Nullum eſt dubium,quin illa medicina,quæ fit ex Auro naturæ(ut Arnaldus de Villa nova hoc extollit) ſoluto abſque ullis corroſivis in ſubſtantiam melleam & medicinalem, potabilem ,& ſolubilem in omni liquore, ſit præſtantiſſima, Aurumque potabile verum & genuinum dicendum & habendum. Sed hæc noſtra talis eſt, ut jam antè alibi demonſtravimus, & ex ſequentibus patebit. Ergo eſt verum Aurum Potabile. Major patet ex conſenſu omnium, quicunque aliquid memoriæ de Auro potabili tradiderunt. Minor conſtat ex noſtro Tractatu edito,& ipſa noſtra practica non privata ſolùm ſed publica : non ſemel,ſed ſæpius repetita cum ſuis ſignis demonſtrativis in opere apparentibus : Menſtruum quod primo fuerat in formâ

quæ claræ tingitur in rubicundissimum colo-
em : abstracto menstruo mellea relinquitur
ubstantia, decantata à Philosophis. Nihil cela-
i præter Menstrualem illam aquam. In aqua
st totum scire & secretũ (ut loquitur Lullius.)
i verò quis inferat : si hoc est verum illud quæ-
tum Aurũ potabile, cur id communicas alijs?
uic respondeo â contrario sensu. Quia est,
deò communico : Illud non communicabile,
olum suo Authori prodesse poterit, aut potissi-
num. Hoc quia innumeris hominibus ad sani-
tem præstitit emolumentum, an minus pre-
iosum ? Sol quia lucet omnibus visibilis, an in-
ignior planeta Mercurio, qui rarissimè in con-
pectum hominum procedit, radijs solaribus
ectus ? Neutiquam opinor : licet rarissimum
arissimum in mundo plerumque habeatur.

Ad hæc, Illa medicina quæ Auri potabilis *Ratio. 2.*
eros & indubitatos effectus re ipsa comprobat
 præstat, pro eo debet haberi, cum materia &
orma aliâs id declararunt : sed hæc nostra me-
icina effectus præclarissimos, solo auro pota-
ili dignos, jampridẽ edidit : Ergo pro vero au-
o potabili haberi debet. Ab effectu n. ad cau-
m firmissimum ducitur argumentum, & èconi
râ. In sacris, Propheta magnus ab effectis judi-
abatur. Sic Elias, Elisa & Apostoli resuscitave-
unt mortuos ad exemplum Christi Salvatoris:
ujus doctrinam illi prævij, hi sequaces attestati
unt, unâ virtute divinâ. In artibus ita se quo-
ue res habet : imò in naturæ & artis operibus.

Ita Aurum potabile ex ſuis genuinis viribus, quas antehàc ſatis copioſè ex alijs auctoribus in priori noſtro tractatu congeſſimus, dignoſcitur. Minor argumenti exemplis ſequentibus patefiet.

Rat. 3. Ratio tertia deſumi poterit ex mirifico operationis modo circa hoc aurum potabile contingente: Quicunq; aurum naturæ ſolvit, ut reduci nequeat in aurum, & in formâ ruberrima per Alembicum evehere poteſt, abſque ullo dubio fecit inde aurum potabile medicinale, & hominum ſanitati maximè conferens. Verùm hoc ipſum ego ex Dei gratia non ſemel, ſed multoties præſtiti. Ergo Aurum potabile indubitatum feci. Connexio majoris propoſitionis inde conſtat, quia aurum manens in ſuâ duritie & compoſitione, non poteſt dici ſolutũ, ideoq; nec medicinale, ſed manet aurum ut prius: & èconttrà, ſolutum fit novarum virium, cum forma agens in auro â materiâ ſuâ non ita refrenetur, ſed liberè operetur in corpus humanum. Sic ſi auri ſubſtantia in rubro colore aſcendat in Alembicum, maximè eam medicinalem & tenuiſſimam eſſe convincit: quòd partes aëriæ & igneæ prævaleant terreſtribus & aqueîs, eaſque evehant unitas. Minor patet ab experientia meâ, quam toties feci, cujus, ſi opus ſit, teſtes oculatos quamplurimos nominare, & inter eos medicos eruditiſſimos producere poſſem. Verùm ut Avicenna, in libro de Anima, triplicem probandi modum inſtituit, nempè ſophiſticum

diale

dialecticum, & visionis: ita ego duplici hic ero contentus: nempe Dialectico, de quo hactenus: & visionis seu experientię ocularis, de quo nunc agemus.

EXPERIMENTA ET TESTIMONIA EX INNUMERIS PAUCA, SELECTA, QUIBUS hujus auri potabilis miræ virtutes in morborum curatione felicissimè convincuntur & veluti ad oculum demonstrantur.

VIRI magnifici, clarissimi, & humanissimi, quorum literas ad me aliundè missas hîc in apertam lucem prolaturus, vel alias, quorum testimonia, aut morborum curationes pro rei necessate declarandâ producturus sum, hisce protestor & significatum volo vobis, quorum interest, me non hoc in cujusquam contumeliam, sed potius honorem, honorificamque memoriam, imprimis veritatis laborantis gratiam facturum; cui, & mihi, ut tantum concedere velitis, etiam atque etiam rogo. Præterea non existimo quenquam vestrûm id ægrè laturum, si non ordinem aut locum dignitatis seu præeminentiæ cuiq; debitum assignem, cum tale quid in ejusmodi

modi ſcriptionibus difficulter fieri poſſe, nec à quoquam præciſè factum animadvertam. Vobis nunquam non ad honeſtiſſima quæque officia, ut hactenus, inveniar promptiſſimus.

TESTIMONIA TRANSMARINA.

AURI POTABILIS EX ANGLIA DELATI, ET SACRÆ CÆSAREÆ MAIESTATI OBLATI uſum, duplici felicis ſucceſſus ratione commendatum, approbo.

PRIMÒ quidem quod Juveni cuidam, robuſto aliàs, verùm tunc febre incluſo, Malignaque, cum delirio vexato, pondere unius unciæ hoc aurum Potabile propinatum, vermes quatuor oblongos, teretes, eoſque vivos, ipſo dormiente per os prolicuerit: Et ab eo tempore ab omni febre, Congelatione & Delirio immunem reddiderit; cùm tamen antea multa pertentata fuerint: & per quatuor ſeptimanas non ſine vitæ periculo graviter decubuiſſet.

Fuit

FUit insuper hoc Auro Potabili adjutus, Vir quidam robustus, verùm febre Quartanâ (quæ illum circa autumnum invaserat, per totam hyemem) ita fractus, ut vires deficere viderentur, & Hydrops præ foribus esset. Is post multas reiteratas evacuationes, assumptâ hujus auri potabilis unciâ, in Cardui Benedicti aquâ, in tantam prorupit sudoris copiam, quantam me aut vidisse, aut ab alijs audivisse non memini. Præterquàm enim quòd spontaneus erat & copiosus, ut duabus personis abstergendo illo negotium facesseret, perduravit etiam per tres dies junctis noctibus. Omnium autem mirabilissimum, quòd tantum abest virum illum triduano sudore & triduanâ inediâ viribus defecisse, quantum observatum est, illum ipsum hac spontaneâ naturalique evacuatione, horatim robustiorem, firmiorem & alacriorem redditum; & finitis his diebus, omninò sanitati restitutum fuisse attestor ego.

IO. ATHMESTETT, IN PUBENheimb & Weyer. Med. D. Sacræ Cæsareæ Majestati à Cura.

REverende Domine. Cum legerim veram vestram assertionem de summâ illâ medicinâ, auro potabili, audiverimque rarissimos & mirificos effectus ejus à Domino Rosse Majestatis ejus Legato: Dn. N. Drury & M. Stafforde, nec non â diversis alijs Nobilibus & Generosis, qui supremæ huic electioni & Coronationi Francofurti interfuerunt: non potui nec volui omittere, quin visitarem vos hisce paucis lineis, officiosè orans, ut pro satisfactione pretij, possim fieri particeps hujus tàm magni doni â Deo dati. Et cum perceperim ex literis Dn. H. Carye, quòd quatuor unciæ hujus summæ medicinæ væneant viginti solidis, rogavi hunc Generosum ut exponeret quatuor libras starlingenses, quo libram unam ejus haberem; quam si obtinuero ex vestris manibus, unà cum dosi, modo & tempore exhibendi (Nam non lubens aberrarem contrarius vestrę experientiæ) ego perpetuum vobis adstrictum & obligatum me agnoscam. De his officiosè vos rogo propter communia studia, ne hac meâ petitione frustер, &c.

CASSELLIS IN HASSIA.
II. Julij. 1612.

Vester, licet incognitus, tamen amantissi. amicus Jacobus Mosanus Med.

Reve-

Reverende vir salutem, &c. Gratissimè accepi tuum Potabile aurum. Non sum eo aliquando usus, nisi urgenti maximâ necessitate, & deficientibus alijs quibuscunque remedijs. Expertus sum ejusdem vires, in vomitu extremo: in Palpitatione Cordis: in dysenteriâ malignâ & contagiosa: in suffocatione & epilepsiâ matricis: in dolore colico. Quib. in morbis omnib. (frustrâ prius tentatis alijs auxilijs, tam internis, quam externis) unica dosis istius medicinæ tantopere prævaluit, ut ægroti illi omnes assumptâ medicinâ, veluti paucissimis in horis pristinæ sanitati restituti fuerint. Insuper unum quidẽ experimentum feci in melancholiâ hypochondriacâ inveteratâ: sed non simili cum successu ut in prioribus morbis. Attamen (ut ingenuè fatear) mirum in modum confortatus est ægrotus ille, &c.

Deus te incolumem diu servet. Vale.

SLEUSINGEN. 24 SEPTEMB. 1612.

Tui semper amantiss. Ja. Mosanus Med. D. Landgra. de Hassia Med.

REverende D. Antoni, aut me immemorem, aut ingratum existimare possis, per varia tua in me collocata officia, &c. Vestrum illud aurum potabile est admirabile medicamentum in plurimis ægritudinibus. Dedi id in principio paroxismi Podagrici, unde ex superorto semel sudore, omnis dolor & afflictio cessavit, & patiens incepit ambulare. In Dysenteriâ, in epilepsiâ, in vermibus Infantum: in morbillis & Variolis: in nimio menstruorum fluxu: in omnibus ferè Matricis affectibus præstantissimum est remedium. Sinas omnes illos, qui contrà id scripserint, loqui vane & nihil ad propositum. Hoc concedatur eis, quòd multa legerint, & scripserint doctè: verùm nihil ad medicinam vestram refutandam. Quicquid ego ejus experientiæ, licet exiguæ, fecerim, sufficere posset ad demonstrandam eorum vanitatem. His commendatum me vobis velim, &c.

Vestri amantiss. amicus
Ja. Mosanus.

CASSELLIS HASSIÆ AD MEmissum, Anno 1614. 16. August.

Verum

Verùm ut viri omnibus doctrinæ & virtutum numeris absoluti, Dn. Doctoris Jacobi Mosani jam memorati, Medici illustrissimi Principis, Hassiæ Landgravij, experientissimi relationem per literas mihi factam & magis declarem & testatam faciam: operæ pretium futurum opinor, si hic cujusdam viri generosi Angli, in Germania tum morantis, de hac ipsa re significationem clariorem apponam. Nomen hujus est Alexander Oldfielde, qui Anno 1613. 22. Julij, ad Nobilem virum Dn. Richardum Nortonum Equitem Auratæ Militiæ literas transmisit, ab ipso mihi communicatas; in quibus inter cætera hæc habentur verba:

Rem unam ferè oblivione præterjissem; Concedas ut ejus relationem faciam. Nam verissimũ est, quod cõmorans Halæ. 28. die Maji, obviam factus sim Landgravij Hassiæ Doctori medico, qui loquitur Anglicè admodum benè. Nam consecutus est omnes suos gradus Oxoniæ. Inter conferendum cum eo de medicinalibus interrogavit, num ego agnoscerem Doctorem Antonium. Respondi, me de eo audivisse, Tum ille: Cum de ejus auro potabili intellexissem, & quòd excellens esset medicamentum, tùm ad ipsum misi ut probarem: Cumq; allatum esset, primum, quod feci, experimentum fuit in virgine quadam ætatis 21. annorum, quæ valdè vexata fuerat Morbo caduco. A quo tempore nunquam in eundem collapsa est, & jam annus atq; eo amplius intercessit. Dederat illi unciam unam pro vice, ac

eo die quo propinavit, undecies in paroxiſmum inciderat: & prout antè dixi, hucuſque nunquam. Dederat quoque infanti, ætatis non ſupra quatuor menſes, qui eodem affectu valdè vexabatur, & contulit illi præſentiſſimè. Inſuper dederat cuidam, fluxu ſanguinis ægrotanti, unde in tantam maciem redactus fuerat, ut nemo cogitaſſet illum vires unquam recuperaturum. Propinavit ſimiliter illi unciam integram pro vice, idque ſemel, & è veſtigio ſanitati reſtitutus eſt, optimeque ſe habuit. Dederat quoque mulieri puerperæ quæ fuerat extremè imbecillis à fluxu dyſenterico, quem nulla medicina ſiſtere valeret, præterquam hoc, quod, quamprimùm accepiſſet, ſane reddita eſt. Hæc ille retulit bonâ ſuâ fide, & optabat ut D. Antonius propior viveret, quò ſatis de eo medicamento habere poſſet ad ſuos uſus.

PErmagna quædam negotia nondum expedita, mihi diuturnum impoſuêre ſilentium. Aurum tuum Potabile, quod in uſus meos proprios ex Angliâ mecũ huc aſportaveram, dum liberaliùs hic multis impertior, ad ſummam ejus inopiam redactus ſum. Quam tamen æquiori animo fero, quòd mirabiles ejus effectus in multis expertus ſim. Baroni à Crieſſa duo erant filij, uterq; exanthematis ſeu variolis laborabat. Candidus illi impertior: ſed cenſuêre medici nil profuturum in tanto vitæ diſcrimine. Ita natu major eo non guſtato, fa-

tis

tis concessit. Alteri autem annos. 17. nato de vita similiter periclitanti, cochlear unum aut alterum porrexerunt, qui vivit & valet. Pater ipse similiter ægrotans assumpsit, & convaluit ilicò. Alios nobiles & Generosos mitto quâm plures. Adeò liberalis extiti de meâ illâ copiâ, ut jam ferè eam expenderim. Permulti optant, ut haberem tantam ejus quantitatem quò pro precio suo habere possent. Quapropter aut per quosdam nostratium mercatorum proximis Nundinis Francofurtum migrantium, aut per quendam fidelem in comitatu Illustrissimi Comitis Palatini, aut Dominæ Elizabethæ, mittas mihi magnam quantitatem trium illorum generum, addito precio, &c.

VIENNÆ AUSTRIÆ dabam
3. Feb. Anno. 1612.

Steph. Lesieur.

DOMESTICA TESTIMONIA.

TArdius equidem, quàm institueram (doctiss. Francisce) ad te rescribo. neque certè par esse judicavi, ut in re tanti momenti, sine multiplici ejus experientia prius factâ, sententiam meam interponerem, cum sit experimentum sæpè fallax, ut rectè monuit summus ille medicorum antesignanus Hipp. Sed nunc tandem paucis explicabo virtutem, & præ-

& præstantiam tuæ medicinæ. Et primùm quidem, quod feci, experimentum fuit in propriâ meâ filiâ annorum circiter ſedecim; quæ per biduum continuis vomitionibus laborabat, ingeſta quæcunque rejiciens : eratq; prorſus inſomnis, propter graves, quos ſentiebat, cruciatus internos. Quum alia medicamenta fruſtrà, & irrito ſucceſſu tentaveram, ad tuam medicinam, tanquam ad ſacram anchoram, confugiebam; Quam cum hauſiſſet, retinuit, & parùm dormivit: ſed poſt duas horas, ſemel & ſimul multum evomuit, & poſteà rectè ſe habuit.

Secundum fuit in magnifico viro Guilhelmo Samuel Milite : qui ardenti febre correptus, æſtu continuo flagrabat, noctes & dies ducebat inſomnes : aderat & renum imbecillitas, & urinæ ſuppreſſio, neque per Clyſteres, Purgationes, Vomitum, & ſanguinis miſſionem (quæ omnia tentata ſunt) incendium mitigari potuit : ſed ingraveſcebat morbus, erantque omnia ſymptomata (meo judicio) indies graviora. Suadebam ut de medicinâ tuâ hauſtum ſumeret. Sed non potui ſtatim perſuadere, ut medicinam novam & incognitam guſtaret. Tandem amicorum rogatu & morbi importunitate victus eam ſumpſit : & mox ſecutum eſt placidum refrigerium, reficiebantur ſpiritus, confortati ſunt renes, & urinam ſatis copioſam reddidit. Ille verò ab eo tempore nunquam ceſſavit hanc medicinam ſummis laudibus extollere : quanquam (ut ingenuè fatear) graviſſimo

mo morbo diu afflictus, priſtinas vires nondum perfectè recuperavit.

Tertium erat in Nobili Virgine, quæ diris convulſionibus correpta, poſt injectos Clyſteres, & aſſumptam hanc medicinam convaluit.

Poſtremò rogatus ſum, ut de hac medicinâ quicquid haberem, mitterem ad antiquam quandam matronam, jam ſenio & morbis confectam, quæque jam moritura videabatur. Quæ mox ab aſſumptâ medicinâ ſenſit multum levaminis, & ſpirituum refectionem: quanquam ut ego exiſtimo, non poterit eam in tam perdito ſtatu è mortis faucibus eripere. Vale vir doctiſſ. & me (quod pro tuâ humanitate feciſti) ama. Ego te viciſsim ſummo amore & officio proſequor.

GAYTON E MUSÆO NOSTRO
10. Septemb. 1611.

Tui amantiſſimus
Io. Markes.

DOmine Doctor Antoni: Quamvis inter nos hactenus nulla familiaritas interceſſerit: tamen cum ſim teſtis ocultatus veſtræ generalis charitatis ad totum mundũ extenſæ conferendo in uſum humanũ excellentiſsimã illam Quintam Eſſentiam ad naturæ reſtaurationem; hinc audacior factus, præſumo veſtrum favoré propter paucula grana de eâdem: quæ propter diſtinctas has operationes, quas vidi & animadverti

verti in duobus meis amicis in ipſo quaſi momento mortis, â me adeò æſtimari debet, ut preciosiſſimo in pretio ſemper habeatur. Intelligas enim (ſi placet) eſſe jam integrum annum à quo veniens ad ædes fratris mei, Dn. Guilhelmi Samuelis Equitis aurati, inveni ipſum longâ ægritudine victum, & continuis dolorum torminibus ita infirmatum, ut non modò adſtantes omnes ipſi timerent, ſed etiam tres tum præſentes medicinæ Doctores; Conveniebant inter ſe, ægritudinem fuiſſe morbum, quem vos vocatis Scorbutum. Nullus tamen ex eis removere aut mitigare cruciatus illos intolerabiles potuerat: imò potius affligebatur magis eorum conatibus. Tandem æger ipſe in memoriam revocavit, quòd quidam Magiſter Markes Theologus & medicus veſtram illam medicinam valdè approbaverat. Miſit igitur ad ipſum, & me præſente eam ſumpſit. Mirum eſt dictu, quàm miraculoſe & efficaciter operata eſt; Nam in inſtanti liberavit eum à doloribus ſuis, qui anteà videbantur intolerabiles: conciliavit ſomnum quo prius deſtitutus erat multis diebus ac noctibus: appetitum reſtituit amiſſum: abhorrebat enim anteà ab omni cibo, & (quod omnium mirabiliſſimum eſt) cum anteà moverentur ſedes ab aſſumptis eorum medicamentis, videreturq; mille mortes perferre, eò quod excoriaverant vias illas ſuo calore; jam poſtquam han veſtrã aſſumpſerat, ſubſecutæ ſunt ſedes circite quinq; quolibet de ac nocte admodũ blandæ &

delectabiles. Hæc cum animadvertisset medicus quidam suus, consuluit ut ipsi ministrarentur cordialia aliqua ad subveniendum naturæ facultatibus, quæ tunc debiles erant. Verùm cum hoc suum consilium fratri meo per uxorem expositum esset, ipse omninò adversabatur: urgebat tamen medicus vehementius, ut illâ ipsâ nocte assumeret cordiale quid, asseverans, nil esse nisi Cornu Unicornis, lapidem Bezoardicum & his similia. Prævaluit tandem: sed insequuntur priores cruciatus, & adhuc pejores; unde secundâ jam vice & in mediâ nocte coactus fuerit mittere ad eundẽ Magistrum Markes, qui illum deinceps, ut antea, liberavit eodem tuo auxilio, & ab eo tempore (Deo sit gratia) benè se habuit. Hoc modo sanatum fuit corpus valde obstructum. Similiter & tantum præstitit in dissoluto morbo. Fuit enim in Comitatu Lecestrensi Nobilis vir Dn. Jo. Hunt Eques Auratus, qui morti valde propinquus erat ex dysenterico fluxu: aderat etiam & ardens febris. Ille liberatus est ab utroq; malo hoc unico remedio: Dominus D. Ashworth, qui partim viderat, partim etiam audiverat mirabiles hosce effectus, ultimâ hac elapsa æstate periculose ægrotans Oxoniæ, suum filium misit ad magistrum Markes pro portione aliqua hujus vestræ medicinæ. Ille multum metuerat, ne patrem suum non vivum in reditu inveniret: qui tamen vivit & valet, quod certè attribuo tuæ medicinæ: an ille hoc confiteatur, ignoro.

HENRICUS SKIPWITH.

MACTE VIR PROBITATE & scientiâ singulari.

Uxoris meæ frater M. Henricus Skipwith, nuper narravit mihi, quàm amicam mei mentionem coram ipso feceris. Utinam reciproco quodam affectu significasset, quoties à me fieri mentionem tui audiverat. Attamen quomodocunq;, oportet te certiorem fieri, me perpetuò tibi devinctũ duplici vinculo. Namq; in desperatâ illâ meâ ægritudine, cum & præsentes medici, omnesq; mei familiares, vires meas ita collapsas viderent, ut deploratũ me haberent; amicus quidam meus ex providentia Dei (mentionẽ faciens de eximijs virtutibus tui Potabilis auri) duo ejusdẽ accepit grana, quæ in aquæ Endiviæ cochlearibus quinq; dissolvebat, & sic mihi propinabat. Post hujus assumptionem, intra horæ unius spaciũ, incredibile dictu est, quantum levaminis senserim doloris, & quantum corroborationis vitalium spirituum. Manè assumpsi, & felicem ejus operationem ad noctem usq; persensi, Per totum enim illum diem operabatur per secessum veluti meus meus desiderare posset, usque dum summa nocte illetum assistens medicus, D. C. (postquam ego illi valedixissem & me ad requiẽ composuissem) redijt ad me, habens quid in extremitate cultelli, quod mihi in os intulit jam dormiturienti. Hinc cum evigilarem, reverâ sensi me relapsum ut prius. Tum extremè desperans de meâ vitâ, vocavi (ultimâ meâ voce prout cogitabam)

tabam) uxorem meam, sollicitavi eam, ut iterum mitteret ad istum meum amicum, rogaretque ut consideraret pro suo judicio, num non duo grana minus essent, quam ut tantam morbi malitiam superarent aut vincerent. Tria igitur grana ejusdem essentiæ auri, meus ille amicus mihi ministravit postridiè, quæ subitò, ut prius, mirificè meas refecerunt vires, & operabatur per inferiora ad septem integros dies, viribus quotidiè crescentibus ab ipsa operatione. Tum demum valdè iratus est D. Co. eo quòd ejus consilium non amplius amplecterer. Interim librum (nescio quem) conscripsit, inhumaniter me calumnijs prosequens, & dictam medicinam despectans, quæ ex Dei providentia mihi vitam & sanitatem restituerat. Vanus ille liber suus est, & vanus jure appellandus, cum nemo sit qui de eo inquirat. At nunc tandem ad præcipuam istarum literarum intentionem accedam. Mittas obsecro per hunc meum adfinem duodecim grana tui potabilis auri sub eadem formâ prout frater meus H. Skipwith nuper à te accepit: hic tibi precium persoluet, &c. Auctor salutis Deus, qui in perpetuum te præservet, cui elargitus est eam gratiam, ad consequendum illud sanitatis restaurativum, vitæ prolongativum aurum potabile. Benè vale reverendissi. D.

UPTON. 15. FEB. 1612.

Vester certè amicißimus amicus,
Wilhelmus Samuel.

DIgnissime Domine, ex suasu reverendi viri D. Doctoris Hunton in his finibus satis noti, tuum requirimus uterq; consilium & judicium, in deplorato statu cuiusdam nostri amici Equitis aurati: & petimus aliquam vestri potabilis auri portionem, cum debito administrandi modo. Generosus ille vir ætatis est circiter 80. annorum, naturâ cholericus. Infirmitas eius primam contraxit origine fortasse ex nimio sed licito coitu. Post ea in quodam suo itinere, cum vix sex miliaribus à domo suâ abesset, coactus est sępè ab equo descendere & urinam reddere; quo tempore, & subsequentibus etiam diebus, unà cum urinâ reddidit aut sanguinem, aut quid simile, nescio an semen corruptum, aut corruptæ mulieris. Inde usque adhuc urinam retinere non valet, ex imbecillitate vesicæ opinor. Præterea renum patiebatur fluxum, à quorum affectuum nullo etiamdum liber est. Expectamus idcircò à te aliquid levaminis. Pro tuis sumptibus ac consilio generosus hic vir plenè tibi satisfaciet. Egomet etiam ipse in proximo termino te visitabo, nec ingratus ero.

DATUM A TRENTO, Sep. 12. 1611.

Vestri amantissi. N. W. Med.

Peritissi-

PEritissime vir D. Antoni. Reducas in memoriam (si placet) literas ad te missas, circiter 12. Septembris scriptas. Accepimus tunc temporis à te uncias quinque [illegible]ui potabilis auri, ad Dei, tui, nostrûm, gloriã, [l]audem & utilitatem. Morbus, quo laborabam, [p]rioribus exprimitur literis. Præter quem etiam [t]umorem quendam ex coxendice ad plantam [p]edis usque sum perpessus, ac si esset Oedema. Sentio enim nil doloris: nescio certè an ex frigore, aut ex assiduo cubitu in illud dextrum latus contractum. Nam per 17. septimanas die ac nocte maxima ex parte lectitavi, si ita loqui liceat. Accepimus, idque ex literatissimo, tuique studiosissimo Doctore Hunton, te habere melleam medicinam seu substantiam post dissolutionem auri, auro potabili tempore priorem. Desideramus aliquam eiusdem portionem, cũ administrandi usu: sex etiam auri potabilis uncias. Sentio per totum corpus doloris mitigationem, decrescit etiam paulatim tumor cruris: Sistit & gravedo & stillicidium urinæ, & reliqua abiêre mala. Petijt à nobis librum tuum D. Hunton, ut alium mittas precor. Tuis studiis, & assiduis in bonis artibus conatibus sit Deus propitius. Vale.

BLYBROWGH Octob. 10. 1611.

Amicissimus tuus H. A.

SEquens generosus, Secretarius Nobilissimi viri Comitis Southamptoniæ, cujus ad me epistolam hîc cito, laboravit diu febre Quartanâ. Inquâ cum ipsi medicus vir doctissimus longo tempore medicinas administrasset, morbus autem nec integrè profligaretur, nec vires restauratæ essent, suasit ipsi medicus ille ut meo auro potabili uteretur. Quod factum, nec sine fructu, ideoq; pòst ad me pro portione aliâ scripsit in hunc modum:

Febris quartana.

Domine, tantum emolumenti ex vestro auro potabili sensi, uti plus ejus nunc desiderē. Nam certò affirmare possum, quòd multum virium acquisiverim ab eo tempore, quo id assumpsi, & recuperârim spiritus suprà modum absumptos, ex importunitate morbi. Portio mea nondum omnino exhausta est: sed pluscu-lum habeo in alijs locis remotis, &c.

Ex Ædibus Southamton, 26. Novemb. 1612.

Vestri amantissi. amicus,
Thomas Risley.

DOmine D. Rogo, tantum mihi officij præstes, ut pro viginti his solidis de præstantissimâ illâ Quintâ Essentiâ mittas. Nam prout tibi narrabam, unū solummodò ex illis vitris ad meum proprium reservavi usum: & hoc etiam quidam ex intimis meis a-

is amicis à me obtinuit: adeò ut vix unicum jam mihi ſuperſit granum. D. Brianus Cave Eques auratus violentâ febre correptus fuit: ille poſt ſumptionem hujus medicinæ, unũ ſolummodò paroxiſmum ſuſtinuerat, & deinceps perfectè ſanatus eſt. Et quidam ex meis ſervis ardentiſſimâ febri correptus fuit: quem cum domum redirem, moribundum inveni. Propinavi ei de hac medicinâ, paulò ante proxiſmum, quę copioſiſſimos excitavit ſudores: & poſt duas repetitas vices (Deo ſit laus) perfectè ſanatus eſt, &c.

Lowghburrow die
Sancti Mathæi. 1612.

Firmiſſimus tibi amicus, *H. Skipwith.*

DOmine, paucis poſt tuum diſceſſum horis, D. Lewknar huc aduenit ad D. meum Epiſcopum Wintonienſem. Et cum poſt cœnam Dn. Epiſcopus relationem habuit quandam de viribus & effectu tui potabilis auri, D. Lewknar ad hæc reſpondens ait, quòd die Saturni proximè jam elapſo, adueniens ego ad Cowdrie, generoſam quandam fæminam inveni jam morituram: loquela ipſius fuit amiſſa, nec præſentem aliquem agnovit. Huic per vim Cochlear unum potabilis auri in os infudi. Illa protinus convulſiones quaſdam per-

pessa est per duas integras horas: tunc repeto cochlear unum, & sudor non exiguus invasit: tertiâ vice post duas horas repeto, & in somnum suavem incidit. Evigilans autem dixit: Detis mihi plus de eodem: postea autem optime quievit per integram noctem. Sequenti autem die ego ad illam iveram spectatum quid ageretur: & inveni eam comedentem de pullastro. Hæc retulit D. Lewknar corum D. Episcopi fratre, Stevardo Juris Civilis Doctore, filio D. Epis. meipso, et alijs.

WALTHAM 15. Augusti. 1612.

Tua felicit. studioss. Tho. Webbes.

HIc ipse D. Lewknar, cuius fit mentio in prædicta epistolâ, posteà misit ad meipsum epistolam, expetens plus de eodem auro potabili. Viderat autem hic vir doctiss. jam antè huius medicinæ mirabiles virtutes in nuru suâ, filii sui uxore Epileptica; de qua re jam antè ad me scripserat, quemadmodum partem eius epistolæ primo nostro Tractatui appendicis vice adiunximus: unde absque dubio, multi ex inimicis meis ipsiusque veritatis, eum valdè accusarunt, quemadmodum ex sequenti eius epistola ad me missà videre licet, quæ sic incipit:

D. Antoni, ego amarissimè taxatus sum ideò, quòd testimonium dederim de bono illo succes-

successu vestri potabilis auri ; quod tamen omninò me deterrere nequit: Scio ego pro certo aurum potabile ritè confectum (ad quod paucissimi pervenerunt) summarum esse virium. Sit quomodocunq; sit, credo equidem vestrum esse valde bonum ; experientia hoc edocuit. Mittas igitur ad me uncias duas per hunc meũ cognatum, & scribas ad me an prævaleat in mensibus movendis,&c.

Pro certo tibi polliceor, quandiu eventum videro bonum, Collegium totum non me aversurum : ita similiter nec ulla amicitia, adulatio aut lucrum inducet me unquam, ut approbem periculosam ullam aut incertam medicinã, &c.

Tuus Georgius Lewknar.

NUllum est mihi dubium (optime affinis) quin gratum tibi fuerit, de effectu tui potabilis auri aliquid audire. Quædam mea vicina, uxor Ro. Downinge de vitâ periclitabatur post longam & diuturnam ægritudinem (preces enim in Ecclesia pro eâ habitę fuerunt) ego ac meus filius Barnerus à meridie ad eam accessimus: aderant etiam ex vicinis plurimi : Inter quos medicus quidam, qui præsentibus nobis propinavit ægrotanti potionem quandam. Illa autem protinus eam evomuit: Tum maritus eius nobis affirmavit, quòd intra mensis integri spatium ne Cochlearis vnius quantitatem de quacunq; re assumpsisset, quin

eam similiter evomuisset. Hinc filius meus valdè me sollicitabat, ut darem ei de potabili tuo auro cochlear unum. Non assentior, tamen, cum pro mortuâ omnino haberetur, atque idcircò medicinæ fidem (fortasse) detraheret, ac mihimet ipsi foret opprobrium, nihilominus importunitate victus, dedi cochlear unũ, quod retinuit, præter nostrûm omnium expectationem. Nec ita multò pòst, calor quidam naturalis sparsim per totum corpus fusus est, ubi anteà præ frigore semimortua videretur. Tum, de cerevisiu cum Mace & crusta panis incoctâ unà cum cochleari vestræ medicinæ obtulerũt, quod similiter ipsâ hausit, & post mediam horam cochlearia aliquot de eadem cerevisia absq; medicinâ ebibit, ac digessit totum. Tertio die pòst, misimus ad eam servum nostrum, cui illa nunciavit se comedisse majorem pulli partem, & sperare se venturã ad nos post paucos dies, &c. Scias insuper quod quidam M. Boswel Concionator de Parochia de Saffron Walden in Comitatu Essexiæ, seriò mecũ egerit pro unciâ unâ potabilis auri: uxor enim ejus ex longâ ægritudine deplorata est habira. Illa autem ex unicâ illâ unciâ tantũ levaminis sensit, ut deinceps ad te miserit pro majori ejusdẽ quantitate: quã cùm accepisset à te, remisit ad me meam unciam, & magnas gratias, &c.

COWLING 23. Die Maij, An. 1611.

Vestri certè amantissimus cognatus,
Tho. Wulrydge. (Justiciarius est in Comitatu Essexiæ.)

AB honorabili & Nobili Domino Præside Eboracensis, Domino Sheffeld, sequens Epistola missa est ad Megistrum Edwardum Smyth, Iurisconsultum in le Temple.

M. Smyth salutem, &c. Meus Dominus petit, ut quamprimùm ad Doctorem Antonium eas, et ab eo impetres, ut mittat ad Dominum meum per hunc Nuncium (idque quò citius eò melius) Essentiæ auri, & Tincturæ auri, utriusque eandem proportionem quam nuper ab eo acceperat meus Dominus. Multa facit eiusdem experimenta Dn. meus, idque optimo cum successu, ad honorem Doctoris Antonij, & medicinæ suæ approbationem, &c.

EBORA. Septemb. 30. Ann. 1613.

Semper tuus. Georg. Wetherye.

RELATIO FACTA PER ME ELIAM HOLMES EX MANDATO DOMINI MEI Edmondi Shefeilde Baronis, Domini Præsidentis Eboracensis.

VXor Joannis Goulbrough servitoris mei Domini, in Mense Augusto decubuit ægra per aliquot dies, antequam de eo Domino quid innotuit: Missus tandem ego ad eam, invenio languidam, & miserè decumbentem.

Involuntarium & continuum patiebatur fluxũ incendio magno flagrabat: venter, oculi, ac reliqua corporis membra valdè intumuerunt prorsus insomnis fuerat per 4. integros dies ac totidem noctes: deficiebant adeò vires, ut seipsam movere in lecto non valeret, nisi aliorum ope juvaretur. Verba quæ proferebat, vix quisquam ex astantibus licet propinquis audire potuerat. Propinavi ei ex jussu Dni. mei, de auro potabili cochlear unum. Nullum autem eius effectum per horam quasi unam animadvertere potueram: tamdiu enim cum eâ manseram. Posteà (ut mihi ab astantibus nunciatum est deinceps) ægrotans eructabat aliquoties, & tandem materiam quandam aquosam è stomacho rejecit. Revertor ad illam eodem die circa vesperam, & repeto proportionem priorem, mox somnus invasit, quietus, sed non diu durans. Tunc, aliquantulum sentiens levaminis, loquuta est, inquiens: M. Holmes, quid hoc est, quod meus Dominus ad me misit? Nam, Deo sit laus, valdè refocillantur mihi spiritus, & dolores mitigantur. Ex corde igitur pro meo Domino precabor. Obdormivit etiam illa eâdem ipsa nocte per duas integras horas: Manè iterum adveniens tertium propino cochlear, unde parum evomuit: alui tamen fluxus nondum cessaverat: frigore enim correpta fuit ab incuriâ custodiæ, unde dolores acres invasêre, & tanta virium dejectio, ut operam & oleum (quod dicitur) me amisisse omne existimaverim. Sed

Deus

Deus nobis adfuit, cui placuit huic benedicere medicinæ. Nam post 4. aut 5. alia assumpta cochlearia, ventris cessavit fluxus, recuperantur aliquæ vires, adeò ut erigere se in lecto valeret & cibum capere: post alia tria deinceps cochlearia passa est ut vestiretur, & si quis parum sustineret eam, valebat per cameram hinc inde deambulare. Assumpserat illa in toto cochlearia 13. Tum demum agnoscebat se optimè sanitati restitutam fuisse, egitque Deo gratias: mihi autem sic locuta est: Iam quæso labori tuo ulteriùs parcas, &c.

Febris maligna.

THomas Taylor, quidam ex servis œconomi præcedenti anno, circa idem anni tẽpus, malignissimâ febri correptus fuit & durante diu. Etiamsi enim vir valdè robustus esset, ita tamen debilitatus fuit ex violentia febris, ut vix se sustinere potuerit aut erectus incedere: appetitus etiam ita fuit prostratus, ut per longum tempus nullum admitteret nutrimentum. Sæpè quoque, ac si furiosus esset, è lecto noctu surgens in terram procubuit, ibidem manens donec removeretur ab aliquo fortè interveniente. Hoc anno in eundem inciderat morbum ex omnibus indicijs ac circumstantijs. Primus paroxismus per sex horas perduravit, cum cordis dolore accerrimo, ita ut exclamaret violenter. Meus Dominus non permisit ut aliquid ei daretur in hoc paroxismo. Sequente die, eadem supervenêre symptomata; tum Dominus me misit ad ipsum, cui

dedi cochlear unum : poſt hanc aſſumptam medicinam, rejecit per vomitum ſæpiùs repetitum materiam peſſimam : Ceſſante vomitione, dedi illi aliud cochlear, & ſuperdormivit Paroxiſmus etiam mitior evaſit, & per tres ſolummodò perduravit horas. Tertio Paroxiſmo adveniente dedi aliud cochlear, & intra quartam horæ partem evomuit : deinde dedi aliud & exiguo tempore pòſt iterum vomuit : tertia vice dedi cochlear, & hinc ad ſedes urgebatur quibus dum vacaret, evomuit copioſam materiam, atque hæc fuit peſſima, diverſis coloribus mixta & mucilaginoſa. Poſt hunc vomitum dedi iterum cochlear in eodem Paroxiſmo, & ſuperdormivit, neque ullum in poſterum ſenſit Paroxiſmum, &c.

Febris Cõtinua & maligna.

ALius in noſtris ædibus ſervus, nomine Henricus Kickinſon, quotidianâ febri ſuperiori illi non abſimili affligebatur. Acerrimus dolor omnes ſuos occupaverat artus, imprimis autem ipſa oſſa, unde ad tantã imbecillitaté redactus erat, ut ne tactum alicuius perferre potuerit. Ex huius febris malignitate tantâ, quaſi ad inſaniam redactus eſt, cum amiſſione & loquelæ, & agnitionis cujuſquam. Ad eam imbecillitatem eſt redactus, ut de morte omnes cogitarent qui eum agnoverunt.

unt. Per quatuordecim dies in hoc ſtatu perduravit. Tandem ego ad illum ſum miſſus. Primum quod miniſtravi cochlear, conciliavit ei ſomnum, per horam unam aut circiter: experfactus parū vomuit. Nocte eâdem aliud cochlear obtuli, poſt quod dormivit per duas horas. Tum demum locutus eſt ad hunc modum: an non ulteriùs adhuc acceſſurus eſt ad me M. Holmes, & huiusmodi alia protulit, clarè demonſtrans ſe plurimum boni accepiſſe ex eo quod dederam, Deoque gratias hinc egit. Totum quod ei dederam ad undecim cochlearia acceſſit. Ille (adjuvante Deo) ſenſim emendatus eſt, & tandem convaluit.

Multos alios huc adducere poſſem, quibus præſentaneum auxilium hoc remedium præſtitit: Inter hos, Domini mei liberos, tam maſculos quā fœmellas, qui varijs affecti morbis, ſæpiſſimè ſunt ſanitati reſtituti hoc unico remedio. Etiam ipſe meus Dominus ſolet ejus ex uſu præcavere ſæpenumerò calculum. Tuetur etiam ſanitatem ex eo integram; & Domina mea etiam multum inde levaminis in pervicaciſſimis affectibus eſt experta.

Denique de meipſo hoc confiteri liceat. Ego aut vertigine, aut graviori fortaſſe morbo ſum vexatus. Sæpius enim in anno cū perfectè ſanus eſſe videor, loque- *Paralyſis & ſtupor partium.*

lam

loquelam meam ſubito amiſſam ſentio, idque
per ſpacium mediæ horæ; poſteà, capitis dolo-
rem accerrimum: tum ſtupor quidam primo
plerumque impetu labia & linguam invadit
poſt ad manus deſcendit, easque extendit ad
modum Paralyſeos, tum ad pedes usq; deſcen-
dit. Per totum hoc tempus capitis dolore affli-
gor: Vomendi etiam deſiderio teneor, ſed vo-
mere nequeo, antequam hoc paroxismo per ſex
horas aut circitèr detentus fuero: tum demum
vomere incipio, cum difficultate tamen. Poſt
duas autem aut tres vomitiones meliuſculè me
habeo: Vix reſpirare valeo, dum in hunc mo-
dum affligor, nec loqui, nec intelligere, nec au-
dire, quid dicatur? Tandem in ſomnum incido
& pòſt revaleſco. Sed non mox perfectè ſanus e-
vado: imò, non niſi poſt ſeptimanam integram
Deo ita viſum fuit, ut Londini in Menſe De-
cembri, 1613. cum præſens eſſet meus Domi-
nus, ſubitò ſenſerim, ex viſu meo paulatim tũc
deficiẽte, ex capitis dolore conſueto, appropin-
quare paroxismum mei affectus. Precabar igi-
tur veniam à meo Domino, quia non valebam
negotia eius expedire quibus eram intentus
Ipſe mihi præcepit, ut mox aſſumerem de pota
bili auro; in meâ enim fuit ſemper cuſtodiâ. E
go autem efficaciùs mixturam feci quàm ſoli
tus ſum, & tunc aſſumſi. Poſt quartam hora
partem confortati ſunt ſpiritus ac ſenſus: &
frigiditas, quæ me tum invaſerat ut alijs tempo
ribus, in temperiem eſt redacta. Multi quoqu

flatu

[fl]atus discutiebantur, tàm per superiora, quàm [e]tiam inferiora. Desiderium quoque vomendi [h]abui, ac etiam dormiendi: verum meus Do[m]inus concedere hoc noluit, sed in ambulatio[n]e me detineri jussit. Intra horam autem opti[m]è reconvalui, nisi quòd caput parum adhuc [d]oleret: Verùm (Deo habeo gratiam) in usita[t]um paroxismum non incidi. Adhæc, solutam [m]ihi fecit alvum, cum solito modo sim magno[p]ere constipatus. Hoc mihi semper incumbit [m]alum, verùm ab eo tempore persisto sanus. [A]nnus autem præterijt integer. Hæc omnia, si [n]ecessitas postulaverit, juramento attestari sum [p]aratus. Hîc subsisto.

Vester amicus Elias Holmes, dicti Domini cubicularius.

FEB. 4. 1614.

NOn possum intermittere quin hoc loco Reverendissimi, pietate, doctrinâ & virtute ornatissimi Domini, Domini Thomæ Bilsoni Episcopi Wintoniensis dignißimi, Patroni [m]ei honoratißimi mentionem cum debità reveren[t]iâ faciam; qui prout est vir authenticus & fide di[g]nißimus, hujus nostri auri Potabilis, à Deo ipsi indi[t]as vires & efficaciam apud omnes, summos & Ma[g]nates prædicat & attestatur: &, si necessitas postula-

ſtulaverit, vel ipſi Regiæ domui & familiaribus ve- rè atteſtari poterit, quomodò non ſolùm ipſemet i- afflictâ ſui corporis valetudine (dum continuis circ- Biblia ſacra unà cum aliis ex Hebraico in Anglicum ſermonem translata conferenda maceraretur labo- ribus) ſed etiam alii innumeri ex gratioſæ ſuæ chari- tatis communicatione per aurum potabile noſtrum optimæ ſanitati ſint reſtituti: Cuius honoratiſſimi vi- ri, cùm ipſe ſuâ vivâ voce plus auctoritatis deſide- ranti præſtare poſſit, quàm ego ejus ad me literarum recenſione, ſcriptis miſſas atteſtationes hîc luben- prætereo, contentus paucorum, ex multis, commemo- ratione, & teſtimoniis, quibus reverendiſſimus dictu- Dõinus Epiſcopus in ſummis neceſſitatibus & pericu- loſis morbis liberaliter id cõmunicavit, & poſt effe- ctus ejusdem breviter annotari voluit, ut ſequitur.

Mandatum accepi à Domino Epiſc. ut di- ligentiùs inquirerem de ijs, qui in hoc Comita- tu de diverſis morbis conquerentes, ſanitati pri- ſtinæ ſunt reſtituti per aurum potabile datum eis ab Epiſcopo, in deploratâ ſuâ valetudine, ali- is remedijs fruſtrà priùs tentatis. Ego cum pau- cis ſolummodò adhuc convenire potui, vicini- (videlicet) noſtris. Alij autem quamplure- ſunt, qui remotius à nobis habitant: quos, u- commodè potero, in poſterum cõveniam. Me- liùs, ut ſpero, ero inſtructus, ubi tu huc ad no- proximè adveneris, quod brevi futurum ſpero.

WALTHAM EPISCOPI

Novemb. ultimo. 1612.

Tuus ſemper Anth. Langford Secre- tarius Dni. Epiſ. Winton.

REverende vir D. Antoni, licet tibi penitus ignota sim; tamen cum divina providentia te nobilis scientiæ peritum, præcipuam causam constituit deperditę meę [va]letudinis restaurandæ; nolui silentio præteri[re], quantoperè sim devincta honoratissimo Do[m]ino Episcopo Wintoniensi, qui ex suâ bonita[te] ac favore usitato, gratis mihi elargitus est de [au]ro tuo potabili, debili meo ac infirmo corpo[ri] valde amicabili. Peto igitur ut de eâdem me[di]cinâ â te impetrem, cum id totum, quod ha[bu]eram, sit erogatum. Operationem ejus inve[n]io blandam ac mitem supra alia omnia quæ[cu]nq; medicinalia. Temperatum quendam su[d]orem promovet, humorum malignitatem mi[ti]gans ac solvens. Quantoperè ego id æstimem, [h]æc mea epistola erit pignoris vice. Obnixè [De]um rogo, â cujus imperscrutabili potentiâ [ta]nta processit virtus, ut tuis inceptis faveat & [b]enedicat. Cujus gratiæ te commendo, &c.

Bene tibi exoptans Lucia Jervoice uxor D. Tho. Jervoice, Equitis aurati.

QUotidiana febris per integram septimanam me invaserat, cujus duo paroxismi adeò vehementer me excruciârunt, ut de vitâ periclitarer. Tũ ego in tertij pa[r]oxismi medio æstu, de auro potabili cochlear [u]num assumpsi, & intra quadrantem horæ gra- *Febris quotidiana.*

vissimi mei dolores cessarunt, qui anteà sunt so-
liti, per tres aut quatuor horas me affligere: Ca-
lor etiam post horam unam omninò remisit
& optimè me habui. Sequenti die expectatu
febris circuitus per totum illud diem non re
versus est: nocte tamen me graviter afflixit: ac
cepi igitur, ut prius, potabilis auri cochlear u
num, quod, ut prius, operabatur: sudorem e
iam promovebat, & sic ex gratia divinâ à febr
liber evasi.

Alexander Olfielde.

Febris Continua

Domine, de ægritudine mei filij hoc tibi s
notum. Quotidianus fuit illius morbus
Cum frigore semper incepit veluti febril
quod tamen eum non diu detinuit: mox ard
re admodum vehementi flagrare est solitus, qu
per tres aut quatuor horas perdurabat: inte
rim vomitu crebro corripitur. In hunc modu
indies per integrum mensem & eo amplius e
cruciatus est. Post varia frustrà tentata, accep
tandem potabile aurum, idque in initio ipsiu
paroxismi: quod prima vice vomitum comp
scuit, & ardoris vehementiam sedavit. Hoc r
petijt per tres aut quatuor sequentes dies, und
sensim decrevit paroxismus, atque ita eum p
nitus reliquit.

DURLAY 10. JANUARII. 1612.

Franciscus Fortescue
Armiger.

SEQU



[S]EQITUR BREVIS [C]OLLECTIO ET RELATIO [Q]UORUNDAM PAUCORUM IN HOC [C]omitatu Southamptoniæ, quibus in ſuis ægritudinibus aurum potab. opem præſtitit, ex ore eorum verè relata coram me Antho. Langforde.



HOMAS Wheeler de Waltham colonus, annos natus 67. nova quadam & incognita, ſed tunc temporis uſitata ægritudine (ex qua plurimi moriebantur) per in[teg]rum menſem detentus fuit, atq; adeò de vitâ [pe]riclitabatur, ut publicæ preces in Eccleſiâ fue[run]t habitæ, & Campanæ ſonitus bis editus. Ille [in] deplorato hoc ſtatu, Potabilis auri portiun[cul]am quandam accepit, atq; ilicò aliquid ſen[sit l]evaminis, ſudavit etiam per horam unam [&] alteram: deinde, acceptâ aliâ portione, ſu[biti] dormivit quaſi per horam: tertiâ vice acce[pit,] & per vomitum rejecit humorum copiam, [pos]teà autem ſenſibiliter veluti per gradus re[stit]uta eſt ſanitas, quâ, Deo ſit gratia, perfectiſſi[mè] adhuc gaudet, & diu frui poterit, licet ad[mo]dum provectæ ſit ætatis. *Morbus malignus moris.*

Febris Continua ardens.

EDmundus Laurentius de Waltham, vir ge nerosus, ætatis 36. annorum ardenti febre continuâ spacio duorum dierum ac noct um absq; intermissione vexatus est. Accepit co chlear unum aut paulo minus potab. Auri, a post mediam horam melius se habuit calore e vanescente, & corpus ejus sensim in pristinam temperiem redijt: atque in hunc modum bre vi tempore sanitatem recuperavit.

Febris a-cuta, ar-dens.

EGidius Ethericke de eôdem Colonus, natu 40. annos, acuta ac ardenti febre per oct dies ac noctes detentus fuit: quo toto tem pore nec dormire nec quiescere potuit. Hui datum fuit auri potab. cochlear unum, & post eà sub vesperam aliud cochlear, unde dormi vit eâdem nocte per duas horas: proximâ no cte assumens eandem quantitatem, totam dor mivit noctem, atque ita sanus evasit.

Febris quotidia-na.

GUilielmus Hills ibidem habitans Colonu annorum 55. in quotidianâ febri quintum sustinuerat paroxismum. Appropinquan te autem sexto, assumpsit cochlear unum d auro potab. quod frigidum anticipavit paro xismum, & conciliavit ipsi sudorem; & po tantundem denuo acceptum, primò bonum vo mitum, posteà tres movebat sedes: dein dormi vit, quod non fecerat per quinque præcedente dies ac noctes; & sic sanatus est.

Iohanne

JOhannes Walter Colonus, 40. annorum, in quinto paroxiſmo tertianæ febris, accepit cochlear unum de potab. auro, unde intra horam unam paroxiſmus illum reliquit, nec rediit amplius. *Febris tertiana.*

IDem Johannes teſtatur, quòd poſtquàm ipſemet curatus fuerat, duo adhuc cochlearia potabilis auri apud ſe habuerat. Ea dedit puellæ cuidam in Parochia de Hambledon, annorum 14. quæ ex tertianâ decubuerat per quadrantem anni, & magnoperè languebat: ſanata eſt etiam iſta per duo illa cochlearia. *Febris tertiana.*

HEnricus Hindle de Waltham, annorum 47. per quinque dies continuos, abſque intermiſſione ullâ, continuâ febri correptus fuit. Ille nec edere nec bibere quicquam valebat quod non evomeret. Poſt quintam exacerbationem ſeſquicochlear de potab. auro accepit, quod retinuit, & induxit ipſi ſudorem quendam continuè per quatuor horas: tum denuo tantundem aſſumpſit, & per tres ulteriùs horas ſudavit: poſtea ſurrexit è lecto, & evomuit pintam unam viſcoſi & craſſi phlegmatis. Et poſt duas horas de carne vitulinâ comederat, quam etiam optimè retinuit & digeſſit. Sequenti etiam die foras egreſſus eſt, & brevi tempore priſtinam ſanitatem recuperavit, quâ adhuc fruitur. *Febris continua.*

Johannes Cole de Waltham, Mercator, anno-rum 43. gravissimo cordis dolore afflictus, per spacium trium dierum insomnis erat, nec ul-lum alimentum sumpserat: undè adeò infirmis viribus evasit, ut de vita periclitaretur. Huic propinarunt astantes de auro potabili, nescien-te ipso quid egerint: intra horam unam aliud etiam cochlear; & paulò pòst tertium, unde su-dor continuatus est, & in spacio duorum die-rum perfectæ sanitati est restitutus.

Cordis dolor.

PErsonæ omnes inferius notatæ, acceperunt quoque in perdito suo statu, aurum pota-bile à Domino Episcopo: verùm cum iis nondum locutus sum: Nihilominus certum est eos optimè curatos à periculosis morbis.

Robertus Moore, Clericus, & Magister in arti-bus, nova febri laborans.

Hamme generosus in eadem.

Uxor Magistri Arnewood in foresto habitans in eadem.

Uxor Magstri Cotton de Mansione, quæ vo-catur Roche-Courte.

Uxor Johannis Hawkeswoorth de Waltam à chronico morbo, quo diu laboraverat.

Richardus Pecham.

Senex vietus & veternosus quidam, nomine Tho. Beale, ætatis centum annorum, sanatus, & etiamdum superstes.

Edwar-

Edwardus Searle generosus de Corhampton, in nova febri, de quâ diu antè decubuerat.
Nicolaus Prior.

Hucusque descripta & posita literarum testimonia, cum saltem pro exemplis, & non omnium singularium enumeratione habenda sint; intelligenti & candido Lectori satisfactura non dubito. Nec verò velim lectoris benevoli patientiá lubens abuti: alias possem his longè plura & prolixiora producere: cum constet, per totam Angliam vix esse Comitatum, aut ditionem aliquam, unde nō pro meo hoc auro potabili impetrando, & diversis nobilibus & generosis viris in suis necessitatibus conferendo, missum sit: quod, ut satis evincere liceret, omnibus profuit, nulli obfuit unquam, ita, ut Fato Divino suus attribuatur locus, cui non medicus nec medicina humana, at solùm cœlestis medicari poterit. Adhæc quilibet ingenuè consideret, quòd non mei instituti fuerit, (ut nec est Dogmatici medici, nisi certas ob causas) â quoquam feliciter hoc auro potabili curato testimonium curationis expetere. Nunc autem in sequentibus brevem offero annotationem personarum quarundam & ægritudinum, quibus hæc nostra medicina præsentaneam opem, post Deum, præstitit. Non tamen in Centurias rediγam: paucissimis contentus ero. Nec nostri est propositi, Curationum à me publicè habitarum in conspicuis locis, mentionem facere, nec circumstantias hic adjicere, idq; ob causas peculiares. Saltem insignia quædam quasi obiter ingeram, veluti in sequentibus apparebit.

UT quo major eſt Solis ſplendor, eò umbræ à corporibus ſolidis & opacis projectæ, ſunt evidentiores; ſic quò illuſtrior ex rebus benè ac fideliter peractis gloria conſequitur, eò manifeſtiores invidiæ ſtimulos experitur. Quod uti verum eſt in omni hujus vitæ tractatione ſive negotio, ita inprimis in curationibus meis locum obtinet. His, Livor ille nulli parcens, & calumnia veritatis inimica, in initio quidem pro poſſe & more ſuo reſtiterunt: Sed nunc nolentes volentes à Temporis filiâ, quæ eſt Veritas, victi ex Dei nutu ſuccumbunt. Ut autem ingenuus Lector eò melius hujus medicamenti innoxias virtutes perſpiciat (præſertim ſi à malevolis aliter quàm optimè de eo quid ſupponere incitetur) unam aut alteram ab invidis arreptam anſam aut occaſionem me falſò calumniandi, proponam, & breviter explicabo.

QUidam in hoc regno nobili ortus proſapiâ, Nobiliſſimus Eques auratus Adolphus Carye, cum in morbifica quædam ſymptomata incidiſſet, atque ideò medicum famâ clariſſimum ad ſe accerſiviſſet, acceptis ex ejus præſcripto medicamentis, inter quæ & purgativum, non ſaltem primas venas, ſed validè ſatis evacuans, paulò poſt exanthematis laborare viſus eſt. Quorum eruptio, cum (ut arbitror) nimis forti revellendi vi à medica-

Exanthemata.

mento

mento purgante impedita fuiſſet,& fortè incuriâ,neſcio quâ,factum, ut variolæ, nec copioſè ſatis effluerent,& quæ comparuêre, retrocederent. Undè æger in præſentiſſimum vitæ periculum inciderat, adeò ut omnes adſtantes de ejus ſalute deſperarent. Miſſum eſt igitur ad ægri fratrem,uti ſecum ſolitos medicos mox adduceret. Verum cum ille neutrum domi offendiſſet,atque hinc ob fratris deſperatum caſum valdè mæſtus,mihi obviam fortè fortunâ in viâ factus eſſet, me ad ſe vocatum rogat, ut ſecum ad fratrem decumbentem contenderem. : Quod, cum medicorum ipſi addictorum nomina audiviſſem,ipſe detrectavi,preſertim cum ante hoc tempus,dictum Dominum nec de facie, nec aliàs familiariter de nomine noviſſem. Ad quæ ille reſpondit, Seſe, qui me ex amici cujuſdam curatione optimè noverat,optare, & poſcere, ut in tàm honeſto propoſito ſibi adeſſem : Cui cum morem gererem, ad ægrum accedens ſub noctem, inveni ipſum omninò in peſſimo vitæ ſtatu,delirantem & furibundum, abſque quiete ac ſomno. Diſparuere omnino exanthemata, & venenum cor ſtrenuè adoritur. Miniſtravi ei de hac meâ medicinâ cochlear unum : quo aſſumpto, mox quievit,& aſpectu mitiori viſus, in ſomnum levem incidit. Poſt horam unam,adhuc tantundem ei ingeſſi : unde ſe bene habere, & vires majores, confortatis ſpiritibus, recepiſſe ipſemet conteſtatus eſt, & amplius ſuperdormivit. Sudor etiã

naturalis per totum corpus ſe manifeſtavit, atque iterum, quod optimum ſignum erat, exanthemata dicta apparuerunt. Ego per integram illam noctem ipſi adfui, & per intervalla debita repeto medicinam, nunc meracius per ſe, nunc dilutius in brodio aut alio liquore. Mane proximo, cum unus ex ejus medicis accederet, ac me præſentem animadverteret, occaſionem hinc aucupatus, acriter in me invehitur, quòd apud ſuum ægrotum adeſſem: Cui reſponſum, Me ab iiſdem ægro proximis adductum etiam invitum, â quibus alij medici rogati fuerant, & fortè majoribus precibus. Tantum abfuit, ut jam dicti medici in ſalutem ægri, quem videbant nunc in bono ſtatu, mecum conſultarent, & conjunctis operis Curationem proſequerentur, uti etiam non quieverint antequam me ablegaſſent, licet contra ægri & aſtantium voluntatem. Qualem invenerim hunc ægrum ſuperiùs dixi: qualem reliqueram apparet ſimiliter. Quid refrigerantis, aut adſtringentis ſirupi, electuarij aut alterius medicinæ per totum illum diem adminiſtratum fuerat, omnino neſcio: Hoc tamen ſcio, quòd ſequenti nocte in eadem relapſus eſt ſymptomata, quæ priùs: fortaſſe verò ex defectu prioris Alexiterij, quod validè ſatis per ſuperiorem integram noctem, repetitis vicibus aſſumptum, materiam morbificam protruſit foras: jam autem omninò intermiſſum eſt. Satius fuiſſet, venenum quod ſupererat, eâdem quâ priùs arte extirpaſſe.

tirpasse radicitus. Nam absque dubio reliquiæ erant. Regurgitantibus igitur ijsdem exanthematis à superficie ad centrum, seu ab exterioribus sui partibus versus Cor, eadem symptomata & mala apparere necessum fuit, quæ prius. Recidivæ hujusmodi periculosissimæ sunt, ubicunque ægris accidere solent, quales huic Nobili viro Domino patienti lethales contigerunt. Quod cum dicti medici, in quorum manibus & curâ moriebatur, vidissent, unus eorum in Aulâ Regiâ suæ quasi innocentiæ, meæ autem culpæ commissæ præconem agens, mortem ipsius proclamavit. Nec hoc solùm, sed me coram Collegio medicorum Londinensium detulit, ac citatum iniquissimè accusavit: Ubi cum testes meæ legitimæ & innocuæ actionis satis locupletes producerem, nempe quatuor ex servis adstantibus Domini demortui, qui uno ore attestati sunt, me ad dictum suum Dominum in extremis jacentem, desperatum, & delirio jam præoccupatum, cum variolæ dispa-ruerant, accessisse, eiq́; post aurum potabile nocte per vices à me ministratum, sensum mitiorem, quietem & symptomatum omnium remissionem, nec non variolarum eruptionem copiosam apparuisse: undè in bonâ temperie fuerit. Sequenti verò die, cum, me excluso, dicti medici suas mixturas illi propinassent, omnia in deterius adeò conversa esse, ut mors subsecuta sit. Ac insuper Regia Majestas huic actui meo coram Collegio transigendo quatuor nobiles

biles & honore conſpicuos viros, nempe duos dicti Adolphi fratres, Dnm. Henricum & Dnm. Philippum Carye, Equites auratos, Dominum Knevet Baronem, & Dnm. Guil helmum Godolphin Equitem, deputaſſet, ijque rem omnem velut acta eſſet, quomodo ego eum acceperim (nempe in extremitate mortis) & reliquerim (in bonâ temperie) illi verò eundem à me acceperint (in ſtatu optimo) & reliquerint (in ipſa morte) Regiæ Majeſtati detulerunt; in quem Regia Majeſtas culpam ejus necis injecerit, ſatis conſtat. Adhæc cum dicti demortui duo fratres adhuc ſuperſtites ſint, poſſunt, prout tantos viros omni exceptione majores (qui nihil in mei gratiam nec alicujus odium dicturi ſunt) decet, ſi rogantur, de hoc negotio veritatem dicere. Inſuper ratio ipſa convincit, quòd à nocentibus & juvantibus ſatis firmum deduci poſſit argumentum. An non medici jubent, quòd illud, quod ſenſibiliter ægrum juverit, cæteris paribus, continuandum ſit; quod noxium, fugiendum? Hinc equi & boves umbram petunt in æſtu, cum hunc ſibi nocivum, illam proficuam ſenſerint. Juvit autem ad miraculum meum aurum potabile. Quod inde conſtat, quòd ſenſus & mens redierunt, ſomnus & ſudor ſubſecuti, variolæ copioſè eruperunt. Illorum verò medicinæ quæcunque fuerant, nocuerunt; quod inde patet, quia ſymptomata priora funeſtiſſima redierunt, nempe delirium, variolæ retrò revulſæ diſparuerunt, & mors ſubſe-

ſubſecuta eſt: quæ ut eſt linea rerum, ita quoque tanquam recto lineæ ductu demonſtrat, ſi hominis culpa commiſſa ſit, cui imputanda. Ex his itaque circumſtantijs quas oportuit me largiores recenſere, cuilibet, niſi malitioſè veritati ſit adverſus, apparet, livorem inſtar aranei, ex optimis quid mali exugere, & in deſpectum medicamenti hujus verè aurei nil non machinari. Quod niſi adhuc quotidiè à prædictis invidis reipſâ fieri animadvertiſſem, eos (nimirum) contra conſcientiam propriam & omnem virtutis reſpectum calumnijs falſiſſimis multorum aures, meam famam, & dicti medicamenti innocentiam vulnerare & onerare, hanc veræ hiſtoriæ relationem non produxiſſem, quâ ipſis apologeticè reſponſum ſit.

GEneroſa virgo *Cæcilia* Boulſtred, ætatis circiter viginti annorum, Reginæ à ſervitio notiſſima, graviſſimis ſymptomatibus affligebatur. Ad quam cum celeberrimi ex Collegio medici numero ſex vocarentur, ab his omnis opera impenſa in adminiſtratione medicamentorum cujuſque generis, tam cordialium, quam ad morbificas cauſas reſpicientium, prout illa in Pharmacopoliis proſtant, vel aliàs arte ſingulari parata erant. Adfuit ei aſſiduus vomitus, & rejectio omnium aſſumptorum, Cibi, Potus, & Pharmacorum, cum animi deliquio, cruciatu, ac torturâ totius corporis. *Vomitus, cum animi deliquio & tortura corporis.*

ris.

ris. Lugendum â multis nobilitate conſpicuis ſpectaculum. Perferebat illa totos dies atq; noctes inſomnes; unde velut à morbi magnitudine ac diuturnitate, ità & dolore cõtinuo, ac quietis ſomniq; privatione miſerè afflicta, viribus omnino deſtituta eſt. Ne minimum quidẽ liquoris ſeu juſculenti, aut alterius nutrimenti, apud ſe retinere potuit: Ventriculus ob inediam omninò contractus & ſui officij oblitus videbatur. In hoc ſtatu miſerabili, cum nihil aut parum levaminis, per duos integros menſes ſenſiſſet, remedijs per dictos medicos adminiſtratis, ſed omnia potiùs in pejus, quàm melius, tenderent: hinc mater Generoſæ hujus fœminæ à medicis præſentibus quæſivit, Anne brevi quid auxilij ſuæ filiæ præſtare ſe poſſe ſperarent? aliàs ſe velle me accerſere. Medici itaque aſſumunt ſibi præſcriptum tempus, in quo omnem poſſibilem ſibi operam adhibuerunt, ut me omnibus excluderent modis. Juſſerunt itaque Pharmacopolam, per diem noctemquè ſequentem Dominæ ægræ aſſidere, eique ſingulis ternis horis, quid de Cordialibus aut alijs medicamentis in os ingerere. Quo finito, cum jam ſeſe nihil proficere animadverterent, Accerſite (inquiunt) Antonium, & ſit Deus ei propitius. Ad hanc igitur cum veniſſem, auxilio medico orbatam, & derelictam ab omnibus, Deum, obteſtor, ut medicinæ huic benedictæ ſolitas vires largiri dignetur. Mox, conſideratis omnibus, non cochlear integrum, ut communiter,

niter, imò vix quartam cochlearis partem primâ vice illi propino: quod, ut verum fatear, velut i alia omnia hactenus, regessit magno cum sonitu & vehementiâ: paulo post, iterum tantundem præbui: quod similiter rejecit eodem conatu. Hinc tertiâ vice ministravi, cujus aliquam partem quoque rejecit, aliquam tamen retinuit, cum conflictu (ut nobis videbatur) tamen quodam. Tunc suasi ut aliquandiu respiraret, ne nimis irritaretur natura, & ut experiretur an somnum aliquem capere posset. Reposuit igitur se in dextrum latus, & supervenit somnus per integram horam satis profundus, quod præsentibus nobis omnibus manifestè satis apparuit ex stertore: & hoc omnibus valdè videbatur mirum. Expergefacta autem, meliusculè se habere confitetur. Jam quarta vice semicochlear propino, quod totum apud se retinuit. Atq; sic mihi ac plurimis adstantibus nobilissimis fæminis, curationis spes non mediocris apparuit. Neq; illa nos, ex Dei nutu, frustrata est. Nam ex consequentibus ejusdem medicamenti assumptionibus semper in quantitate majori, ejus vires, spiritibus confortatis, non solum indies auctæ fuerunt, sed & morbus evictus, symptomatibus cessantibus sensim omnibus. In hunc modum, Deo sit laus, gravissimam hanc symptomatum catervam hoc uno benedicto auxilio repuli & extirpavi, cum malevolorum invidiâ, adstantium stupore, & amicorum gaudio maximo. Non hæc impostu-

posturæ aut corrosivæ virtutis signa sunt; sed Corroborativæ & Dogmaticæ insignia.

Symptomata prægnanti supervenientia.

UXor Nobilis Domini Francisci Leake, Equitis aurati, cum prægnans in summam maciem corporis incidisset, ac insuper gravissimis symptomatibus ex copiosâ pituitosæ materiæ collectione affligeretur, nempe spuitionis molestissimæ fluxu, vomitione præterea omnium quæ assumpserat: varijs medicamentis per totum illud tempus, ferè quinque mensium, quo in hunc modum laboravit, usa, nihil auxilij sensit omninò; ideoque vel abortum, vel propriæ vitæ discrimen incursuram se non absque causâ verita est. Hinc ex persuasione amicorum, qui nostræ medicinę efficaciam optimè noverant, assumpsit tertio ferè mense ante partum, de auro potabili, repetitis aliquot vicibus: unde non solum vomitus & spuitio mox cessavit; sed & ipsa toto tempore gestationis optimè se habuit, donec partu felici filiolum ediderit satis vivacem & adhuc superstitem.

UXor nobilis Domini Edwardi Barret Equitis aurati, & soror superiùs nominatæ Dominæ, laborans difficillimo partu, adeò ut obstetrices quotquot aderant, de salute tàm matris, quàm fætus desperarent: ex consilio Dominæ cujusdam nobilis tum præsentis, aliquantulum

ulum assumpsit de auro potabili nostro : quo austo, præter omnium adstantiũ opinionem et spem, mox liberata est fætu vivido & bene se habente. Verum quia ex naturæ imbecillitate secundina apud eam mansisset, atque hinc in idem aut maius periculum incidisse videretur, accepit denuò de eâdem medicinâ, quâ secundinam feliciter ejecit, pristinæque sanitati pòst optimè restituta est.

Similiter in aliis quamplurimis difficultate partus laborantibus, atque etiam ipso fætu mortuo in extremitate omni derelictis mirabiliter profuit : adeò ut hac in parte vix quicquam medicamenti felicius administrari possit, ex quibus exempli gratia pauca sequuntur. *In difficultate partus.*

Uxor Josephi Pemberton in Civitate Ipswiche, in summâ difficultate partus liberata est per potabile aurum.

Uxor generosi viri, cuius nomen Horatij Palavasini, in eodem partus periculo liberata est hujus medicinæ ministerio.

Uxor Thomæ Blackborne civis Londinensis, postquam per duos integros dies in partu pe-

tu periclitaretur, aſſumpta auri potabilis uncia una, qualibet (ſcilicet) vice ad cochlearis menſuram, tandem liberata eſt.

UXor Nicolai Colman habitantis in Parochiâ Sancti Bartholomei magnâ, in ipſo vitæ periculo noſtram imploravit opem, & nutu Dei poſt aſſumptam hanc medicinam infantem peperit, & ſana evaſit.

UXor Magiſtri Foxton Londinenſis, habitãs in vico Rubræ Crucis, ſummo in vitæ periculo fuit ex fætu mortuo: A quo, poſt aſſumptionem auri potabilis feliciter liberata eſt, & priſtinæ ſanitati reſtituta.

UXor Magiſtri Caſtoll generoſi viri in Comitatu Eſſexiæ, in eodem vitæ periculo conſiſtens, cùm ex obſtetricis relatione fætus per duos jam dies mortuus expelli non poſſet, hoc noſtro auro potabili adjuta, eundem feliciter ejecit, ſubſequente ſanitate eius integra.

UXor Magiſtri Harde, habitans in vico vocato, Monte Sancti Petri, à fætu mortuo liberata fuit: Quæ, cum doloribus, & alijs vehementiſſimis ſymptomatibus etiamdum afficeretur

retur, ipsi uxor Magistri Fitzgarret Armigeri, ibidem propè habitans, de auro meo potabili, quod tum penes se habuit, sequenti post partum die circiter horam nonã matutinam propinavit: unde eodem die circiter horam secundam pomeridianam alio fætu mortuo feliciter excluso, pòst optimè se habuit.

UXor Magistri Johannis Bingley Receptoris pecuniæ Regiæ, fuit in discrimine vitæ ob summam partus difficultatem; Hinc matrona quædam generosa tum præsens, adferri curavit de auro potabili, quod parturienti propinavit: Atque sic eam non solùm periculo liberavit, sed & in causâ fuit, quòd fætus vivus & sanus hoc medicamento feliciter in mundum sit editus.

UXor Domini Johannis Pretiman Equitis aurati, puerperam agens, febri ardente, cũ vigilijs alijsque symptomatibus, molestissimâ correpta est. Quæ cum alijs remediorum generibus uti nollet, nec securè posset, desideravit solùm hoc nostrum aurum potabile assumere: unde brevi perfectissimè curata est.

UXor Magiſtri Edmundi Kingſton in Comitatu Gloceſtriæ, in puerperio laborans febri æſtuoſâ, & fluxu per alvum ſanguineo, eâdem medicinâ à quadam generoſâ Dominâ, ipſi, ut & proximè præcedenti, propinatâ, feliciſſimè ſanata eſt.

SImili modo uxor Chriſtophori Blackwell de eodem Comitatu, puerpura, à febri & fluxu alvi hoc medicamento reconvaluit.

UXor Johannis Sherington mercatoris Londinenſis, imprægnata, propter accidentia quædam abortum verita, idem medicamentum ſumpſit, & benè ſuo tempore ſanum fætum edidit.

EX quibus apparet hoc medicamentum eſſe diverſiſſimarum virtutum: nempe fætum mortuũ, ut aliquoties retulimus, expellere: & vivum conſervare, ne ante tempus expellatur per abortum. Nec hoc ſolùm, ut matri conveniat, ſed etiam infanti recens nato, veluti patebit exemplo, quod ſequitur.

UXor Magiſtri Richardi Browne Armigeri, habitantis in Parochiâ quæ fuit olim nigrorum

rum fratrum, gravissimo partu aliquamdiu periclitabatur, adeò ut binas obstetrices apud se haberet: Cui cum generosa quædã fæmina ex vicinis suaderet, ut de auro meo potabili assumeret, ũa ex obstetricibus dixit sese habere æq; huic rei convenientia & meliora, quàm aurum potabile foret. Verum cum illarum ope, nec spes aliqua salutis appareret, dicta generosa curavit quid de auro potabili adferri, & laboranti ministrari. Hinc continuò optatissimus effectus, Deo dante, sequutus, & ægra fætu vivo liberata est. Postridiè cum eadem vicina accederet, & inveniret infantem recens natum in gremio obstetricis, non bene dispositum, obstetrix ipsa rogavit eam, ut de eodem auro potabili aliquid huic infantulo daret: Cui cum referret vicina, an nunc vellet infanti tantillo id præbere, quod heri matri dissuasisset? obstetrix respondit, se vidisse mirabiles effectus, quos præstitisset in matre, nec dubitare, quin eosdem in hoc infantulo absque ulla noxâ præstiturum sit. Eoq; dicto præbuit infanti cum lacte materno, qui & optimè inde se habuit, & sanus evasit.

SI itaque cum tenellis pusionibus, qui vix lucem huius mundi hauserint, & morbificum affectum (antequàm malâ victus ratione uti potuerint) secum ex utero matris attulerint, hæc medicina, ut & in puerperis, gravidis & periclitantibus in partu,

tâ mirabiliter operetur, vel hoc ſolo nomine digniſſima eſſet, ut non ſolùm in precio, ſed & promptu haberetur; hoc eſt, ut nobiles & generoſæ fœminæ ante & poſt partum, aurum potabile ſemper penes ſe haberent, quo ſibi, & exiguis ſuis infantibus, quotieſcunque neceſſitas poſtulaverit, in tempore ſuccurrere poſſint. Cum ipſæ, ut & pueruli, nulla alia fortiora, aut minus jucunda medicamenta (quæ interdum vel ipſa copiâ ſunt oneroſa) ferant aut admittant.

DOminus Ludovicus Leuknar Eques Auratus, anno 1611. correptus vehementiſſimis ſymptomatibus cum febri ardentiſſimâ, vocavit ad ſe medicos duos huius Civitatis ſat celebres: qui cum omnia auxiliorum genera ipſi per ſex dies adhibuiſſent, nec febris æſtum, aliaque ſymptomata mitigare poſſent; ſed omnia in pejus cum eo tenderent ingraveſcentibus malis, ac Bubone quodam in inguinibus apparente, veriſſimè peſtem eſſe contagioſam quæ tum Londini paſſim, nec ab eo tempore, graſſata eſt) pronunciârunt: Ideòque cum alios multos nobiles in urbe viros viſitare tenerentur, ne eos inficerent, ſeſe ipſum ut relinquerent nolentes volētes cogi. Atq; ſic dictū virū nobilē in extremis tanti morbi periculis à curâ ſuâ abdicârunt. Ad quem vocatus, licet primò luis ignarus, mox tamen ex ſignis præſentibus, quale genus mali eſſet, cognoſcens, cum non relinquen-

Peſtis.

quendum putavi: sed omni modo annitendum, ut contagium à corde revocaretur, illo corroborando præsenti quodam & satis forti remedio. Dedi itaque ei sex grana de essentiâ auri mixtâ cum auro potabili & aqua cardui, quantitatis sufficientis. Undè paulò post in sudorem incidit, qui per integram noctem, & sequentis diei permagnam partem continuò perduravit. Repeto eandem potionem sequenti nocte & diebus proximis quatuor, eâdem ferè quantitate. Atque hinc, sudore copiosissimè erumpente, nō solùm febris malignitas & æstus remisit, viresq; satis constantes permanserunt; sed & Bubo, qui ad insignem magnitudinem deductus erat, in dies imminutus est, & tandem evanuit, applicato saltem stiptico quodam emplastro. In hunc modū, morbus tam lethalis & cōtagiosus prius à me ex Dei gratiâ curatus fuerat, quàm vulgò cognitus. Nec jam invulgandus, nisi ipse Dominus tum optimè restitutus, de morbi sui genere, & curatione hac, apud amicos sæpe narraverat: A quo cōtagioso affectu, cum Bubone similiter complicato, anno præcedenti eiusdem Ludovici uxorem similibus auxilijs, Deo propitio, liberaveram.

DOmina Edmundes vidua, circiter 78. annos nata, in aulâ regiâ, ut & præcedentes, satis nota, tribus ab hinc annis Hydropica facta, omnia patiebatur symptomata & signa quæ hoc genus affectus comitari solent:

Obstructio viscerum hydrope.

Adfuit obstructio viscerum, Epatis & Lienis hinc non solùm valdè intumuit, sed & contabuit, sanguificationis officinâ obsessâ & impeditâ. Huic de auro potabili, debito modo & tempore, aliquid propinatum, per repetitas vices: Unde & morbus gravissimus in ætate tàm gravi propulsatus & sanitas postliminio restaurata est, ut adhuc omnibus muniis suis obeundis absque ullâ difficultate apta sit, nullo alio medicamento usa, quàm nostro auro. Non autem hæc nobilis Domina pepercit diligentiæ aut sumptui in eo assumendo, ut à tam diris affectibus, qui eam morti addicare viderentur, liberaretur. Nam circiter 12. dies manè sumpsit grana tria essentiæ auri cum cochleari uno liquoris seu auri potabilis, atque tantundem vesperi sub horam somni: Sub cibum quoque prandii & cœnæ, eiusdem liquoris absque essentiâ cochlear unum hausit: atque hinc sensim in minori quantitate: Cum enim natura sit operatrix & propulsatrix morborum, atq; hæc in provectioribus ætate non adeò firma aut vegeta ut in juvenibus, hinc restaurativo sæpiùs & copiosiús repetito opus se habere animadvertit ad evincendum morbum: quod nec fefellit.

Symptomata in sene curata,

Dominus Thomas Parry eques auratus, ex privato Regiæ Majestatis Concilio, ætatis annorum 77. vel circiter, hyeme jam nuper elapsa, tussi continuâ ac violentâ, quâ noctibus

us diebusque molestabatur, ad eam debilita-
ē redactus est, ut somno maximâ ex parte no-
tis interrupto (quem saltem per duas primas
oras cepit, pòst usque ad lucem tussi macera-
us) non solùm ad officia publicè gerenda inha-
ilis esset, sed quoque vix se domi viribus susti-
eret. Ad hunc cum accersitus venirem, eumq;
e auro potabili assumendo in hoc casu satis
robato, præ cæteris admonerem, non solùm
oni consuluit hoc meum consilium, sed etiam
naximè sibi salutare expertus est. Dedi autem
li manè jejuno, atque horâ vnâ ante prandium
: cœnam de eodem auro potabili cochlear u-
um singulis vicibus: atque præterea singulis
octibus post somnum primum noctis (quem
atura concessit per duas tantummodò horas)
rana duo essentiæ auri in liquore dicto soluta.
lac essentiâ sumptâ, mox supervenit somnus
ualibet nocte, tussi remissa, in multam lucem
erdurans. His continuatis, vires quoque mira-
iliter (ut ipse quoq; sæpè prædicare est solitus,
dhuc superstes) indies restauratæ fuerant, ut
fficio suo in tanta ætate, in quâ tusses aliàs dif-
cillimæ curationis habentur, satisfacere possit
bsque molestiâ. Deo sit laus in æternum.

QUidam generosus vir, annos viginti natus,
cuius nomini parcendum, ad me venit ex
Comitatu non longe abhinc remoto, con-

querens, quòd noctu diuque semen sibi genita-
le involuntariè deflueret: indeque summa cor-
poris extenuatio, cutis discoloratio, cum in-
stanti tabe oriretur. Cum verò unicus esset pa-
tris satis locupletis filius, ac ex parentum consi-
lio quandam in matrimonium ducere teneretur,
tentatis priùs, quotcunque potuit, auxilijs
tandem meo hoc auro potabili, tàm ad vires re-
cuperandas, & maciem tollendam, quàm fluxum
cohibendum, usus est tàm feliciter, ut mox du-
ctâ conjuge, corpulentus satis, & novà prole læ-
tus, post Deum, magnas mihi gratias reportârit.
Sive enim hoc fluxionis genus ab intemperie
renum calidâ, irritatâ vi expultrice, aut alias re-
tentivâ debilitatâ, sive ex aliâ causâ Catharrosâ,
phlegmaticâ, aut biliosâ oriatur, indeque ma-
cies, perinde est: Cũ hoc uno remedio materiæ
superfluæ per urinam vel sudorem educantur,
qualitates noxiæ eius temperie contemperen-
tur, sanguis purificetur, spiritus vitales augean-
tur & venæ corroborentur, unde necessariò hæc
symptomata originem ducunt.

Gonorrhaa cum macie corporis.

Uxor Roberti Dixon Secretarij Dni. Henri-
ci Montegue Militis aurati, Recordatoris
Londinensis, ex fætu mortuo, ardentissimâ
& continuâ febri afflicta fuit, cum magnâ sym-
ptomatum congerie. Ad quam curandam tres
medici vocati omnia præsidia ex artis metho-

do præ-

o præſcripta, quantum ipſis poſſibile fuerat, u-
rparunt. Sed quantum opis inde ſenſerit,
inc patet, quòd ab ijſdem denegatâ manu me-
ica, omninò derelicta fuerat. Cuius miſera-
ione & compaſſione ducta nobils quædam
atrona, Domina Tanfilde, de meo potabili
uro ad illam miſit, quæ tum inſenſilis erat. Ex
tantibus quidam miniſtravit illi in os cohlear
num, unde ſudor blandus conſequutus eſt,
mnuſque invaſit. Poſt ſomnum rediêre ſenſus
loquela amiſſa: repetunt cochlearia interje-
is vicibus. Unde ex Dei gratia omnis æſtus
um cæteris afflictionibus ceſſarunt, & in pau-
iſſimis diebus ipſa extra omne diſcrimen vitæ
oſita videbatur. Verum cum poſt paucos dies,
 incuria, nimium aëris frigidiuſculi hauſiſſet,
cidit in ſtuporem quaſi Paralyticum totius
orporis: Unde omnia membra refrigerata, lo-
uela & ſenſus debilitati, vireſque proſtratæ fu-
unt. Tum, eadem nobilis Domina, ipſi aurum
otabile denuò propinari curavit, quo, ſudore
ox perfuſa, profligata omni morbifica cauſa,
nitati optimæ ſenſibiliter reſtituta eſt. Eadem,
um annis ſequentibus, ijſdem omnino affecti-
us tam calidis quàm frigidis poſt fætus vivos e-
tos affligeretur, unico hoc noſtro auxilio uſa
oſt Dei opē, ſēper ſana evaſit, adhuc ſuperſtes.

GEneroſa virgo, filia nobilis viri Magiſtri Peſtis.
Fizgaret, ætatis circiter annorum unde-
cim, peſte correpta, ſolummodo aurū po-
tabi-

tabile cum essentiâ auri accepit : atque hinc o-
mne periculum ex Dei nutu evasit, benéque sa-
nitati est restituta.

---

*Nullum est dubium quin aurum hoc potabile (
genuinum promittit) si pluribus in luis illius p
stiferæ, omnium morborum maxime horribil
desperatis casibus tanquam summum cordiale & a
lexipharmacon propinatum fuisset, iisdem saluti
rum extitisset. Verùm ab eo tempore, quo hoc arcan
fruor, ea non fuit hîc Londini epidemia, nisi sparsi
in initio huius usus, quod hoc loco monendum e
duxi.*

EX relatione ipsius generosi Guilhelmi Bol
de Comitatu Hamptoniæ, accepi, uxorem
eius affectibus præternaturalibus quibu
dam detentam malè sese habuisse per integram
septimanam: Hinc cum apud reverendissi. Do
minum Episcopum Wintoniensem ipse con
questus esset, sese ab eius R. Dig. accepisse aur
potabilis aliquam portionem : quâ propinatâ
uxorem eius per alvi solutionem magnam ma
teriæ quantitatem per vices ejecisse, indeq; me
liuscule habuisse. Verùm cum idem affectus re-
diret, nempè materia morbifica nondum satis
evacuata, monuit maritus ut eodem medica-
mento uteretur: quod cum ipsa renueret, roga-
ta cau-

causam, alvi solutionem ab auro potabili
usatam, sibi molestam adeò, ut se lecto conti-
re non posset, prætendit: Alvi autem solutio-
illa cessante, cum pejùs ægrotaret, persuasit
maritus ut denuò id assumeret. Atque sic
dem aurò potabili assumpto, alvi solutione
mentissima subsequuta, perfectè reconva-
t.

MAgister Guilhelmus Rowden, in aula regia Marshallus, septuagenarius, febri continua, cum æstu maligno tenebatur; vehe-
ntia verò symptomatum, ac provectæ ætatis
becillitate victus, nullũ ex adstantibus agno-
, ita ut res ad extremum devenisse cum eo vi-
retur. Tum, ut alias sæpius, ubi nulla relin-
itur spes, itur ad nos. Ego adveniens, contra
m deploratum hunc è mortis faucibus eri-
. Nam post propinationem potabilis auri
na cum essentia, in consuetis dosibus, vigor
edicinæ morbi malignitatem evicit, vires re-
uravit, æstum extinxit, & materiam morbifi-
m per debitas vias urinæ, & transspirationem
tis, non sine sudore superveniente, è corpore
uxit, sanitatemque, qua adhuc fruitur, in-
uxit.

Febris maligna.

MAgister Guilhelmus Gore, Mercator trãs-
marinus ac primarius civis, sexagenarius
aut

Quartana febris. aut circiter, menſibus novem febri quartan
conflictatus, ac poſt multorum pharmacoru
ingeſtionem viribus omninò deſtitutus, cum
mnem medicinæ conſuetæ uſum abhorreret,
auditione cognitum habens, aurum potabi
noſtrum nec injucundum aſſumptu, ſingula
eſſe corroborativum, illud aſſumere primâ o
caſione voluit. Verùm ex medicorum ipſi fam
liarium concepta erga me invidia diſſuaſus, p
aliquot ſeptimanas abſtinuit, donec ſumma n
ceſſitate tandem, nempe morbi longitudine,
vehementia, virium collapſu, & fruſtranea a
orum remediorum non ſine faſtidio adhibit
rum uſurpatione, cogeretur ad me mittere p
auro potabili: quod cum aliquamdiu in co
ſuetis doſibus aſſumpſiſſet, atque hinc cont
invidorum detrectationes manifeſtè ſenſiſſ
vires ſibi refici, quotidieque morbum minui,
penitus abigi: poſt id temporis hoc medic
mento adeò ſalutari, tùm ad ſuos ſuorumq
morbos curandos, tùm ad ſanitatem conſe
vandam, carere noluit; ſed id hucuſque in po
ſeſſione retinuit, & feliciter uſurpavit.

UT autem contigit cum prædicto viro, quòd invidis calumniosè perſuaſus mentem aliena ab auro potabili priùs habuerit, ità cum plu mis nobilibus & generoſis huius regni uſu ven quòd illi in ſummis ſuis ægritudinibus hoc lubent ſimè uſi fuiſſent ad ſuam ſalutem, niſi ab iiſdem c

lumni

nniatoribus, medicis quibusdam potius suo lucro ... àm ægrorum vitæ consulentibus, forent à bonâ suâ ... nione abalienati & retracti. Verum cordatiores, ... quibus non, ut pueris, terriculamentum inane fi... potest, pro sua discretione facilè distinguet, quid ... i bonum & salutare potiùs existat, quàm consul... ribus huiusmodi lucrosum: quid ab invidiâ profi... catur, quid à veritate. Atque ideò non semper il... rum monitis obsequentes erunt, etiamsi ex livore ... imi, tam benedictæ medicinæ restiterint, & potiùs ... ro sanitatem inviderint, quàm sua placita repro... ri concesserint.

MAgister Mathæus Dale, Iusticiarius & Iudex, ætatis 76. annorum, affectu senibus multis consueto vexatus est, nempe per... etuo stillicidio urinæ: unde noctes insomnes ... iesque cum dolore transegit, ut vires tam ex ... rivatione somni, quàm cruciatu continuo in ... lo senio facilè minuerentur. Vigesies & eo ... mplius in tempore somni urinam reddere fu... coactus. Hic tantum levaminis in auro pota... ili invenit, ut ab alijs medicamentis quibusc... unque omninò abstineret. Nam ex eius usu, ... olor & hæc molestia abierunt, & sanitas illi æ... ati congruens redijt; nec eius usum reliquit, ... lonec post aliquot annos in locum illum communem nulli hominum vitabilem, ex fato divino concessit, annorum plenus. *Vrina stillicidiũ in provecta ætate.*

Uxor

Tabes cũ tussi. UXor eiusdem septuagenaria, tabida ex pulmonum vitio & tussi facta, eiusdem medicinæ beneficio, quasi alias moribunda, per aliquot annos sustentata est.

DOminus Guilhelmus Hericke Eques auratus, ex uxore sua duas filiolas, unam post aliam suscepit, quarum singulę circiter vigesimam ætatis suę hebdomadam epilepticis con-
Epilepsia. vulsionibus correptæ, obierunt. Hinc cum tertiam ex eadem uxore natam haberet, nutricem, cuius lactis vitio reliquas obijsse existimabat, mutavit: alia in eius locum recepta. Cum hæc filiola fere decimamsextam ætatis septimanam ageret, similiter Epilectica facta est. Unde pater sollicitus de salute eius, cum audivisset meo auro potabili eiusmodi infantulos à convulsionibus sæpè curatos; Nutricem cum infantula ruri degentes, ad se vocavit: tunc ad me quoque misit. Huic infantulæ cum de auro potabili & essentia auri aliquandiu dedissem (interim non neglecta nutricis suæ ratione) filiola benè liberata est, idque circa tempus veris. Verum cum eandem curam circa initium autumni reiterari consulerem, ut ipsius morbi radix extirparetur penitus, parentes fortè arbitrati, cum benè se haberet, non opus fore, aut fortasse admonitionis meæ immemores quod consului neglexerunt: Unde in eundem morbum

um recidisse suam filiolam animadvertunt. inc secundâ vice ad me miserunt, ut inceam curationem perficerem : quod & cum ei gratiâ complevi, & ab eo tempore exactis m tribus annis, nullum paroxismum sensit.

AD eundem modum curatus est ab eodem affectu filiolus Domini Georgij Write Equitis Aurati, ejusdem medicamenti efficaâ ac viribus. *Epilepsia.*

Anitor Domini Henrici Hubbard Equitis aurati & Judicis Regij, nomine Johannes Unet, ætatis 46. passus est ex chronicâ ægritune tantam virium dejectionem, loquelæ pritionem & sensuum debilitatem, ut pro jamm mortuo haberetur, ac non solum omnibus ledixisset, sed etiam campanæ pulsatio ejus omine iterata foret. In quo quasi mortis artilo consistenti Domina Hubbard, de auro eo potabili aliquantulum adferri jussit, eique os infundi. A quo ille, qui morti erat deputus, vitæ restitutus est, ex Dei vivificantis virte & gratiâ. De ejusmodi Raymundus Lullis libro de quintâ Essentiâ loquitur : *Chronica ægritudine desperatus.*

MOrtuos appellamus non illos, qui simpliciter sunt mortui, sed secundum quid, id est, secundum opinionem medicorum; illos nempe dico,

 de qui-

de quibus ultimatè desperatur, ita quòd à medici & à vitæ actibus sunt derelicti in tantum, quòd etiam sensibus non utantur, &c. Pro mortuis igitur reputati, si vitam ac vires recipiant quinta auri essentiâ, à mortuis revixisse dicendi sunt.

Casus desperatus in sene.

HUc quoque spectat alius vir senex, vicinus nobilis Domini Ludovici Leuknar: cujus nomen Robertus Brodebottom, qui ad similem seu extremum vitæ suæ statum erat redactus, ut pro more, Campanæ sonitus in ecclesiâ, per horas aliquot auditus ejus de causa foret; Quâ de re cum sciscitaretur dictus vir nobilis, ac senem suprà nominatum in agone existentem animadverteret, misit ad ipsum aurum potabile quod ipse apud se reservatum habuerat, ac hominem à morte ad vitam hoc modo revocavit. Nam eo accepto in somnum incidit & simul in sudorem, à quo, sensus & loquela redierunt, & pòst, ipsa sanitas.

Exanthemata.

NObilis filia ac hæres Dni. Waltheri Coape Equitis aurati, exanthematibus sive variolis erupturis conflictata est non sine periculo, cui ad expulsionem juvandam propinatum est aurum potabile in solitis suis dosibus: atque hinc apparuerunt exanthemata, & ipsa pòst benè convaluit.

Ad

AD eundem modum quamplurimis alijs in Exanthematis, variolis & morbillis hæc medicina ad faciliorem eruptionem con- it. Nomina quorũ recordor, sunt sequentia.]

Generosa Domina, uxor Richardi Ogle ordi- Equestris.

Generosa quædam fœmina à servitio Domi- *Barret.*

Generosus Juvenis & Assecla Domini Hen. rye Equitis aurati.

Ejusdem Domini filiola in morbillis.

Ejusdem filius & hæres in variolis.

Filiola Dni. Rich. Nortoni equitis aurati, in rbillis, qui, superveniente frigore, intrò repulsi agnum periculum intentabant: Verùm assumptâ entiâ auri in lacte muliebri dissolutâ, ilicò conva- it.

Filiolus Edwardi Cordwell Londinensis Civis.

Servus Magistri Marshe armigeri, qui tunc mporis habitabat in vico vocato Coleman streate.

Ancilla quædam inserviens Magistro Roberto ixon secretario Dni. Henrici Montague Equestris dinis.

Alia Ancilla inserviens Magistro Johanni orris mercatori.

Infans Magistri Price servi regij.

Quotidiana experientia insuper testatur, uamplurimos difficili exanthematum eru-

 ptione,

ptione, tam adultos quàm natu juniores adē periclitari,ut, licet morbus per ſe non magn curationis|æſtimetur, tamen in præſentiſſ mum vitæ diſcrimen, ac ipſam mortem hau paucos conjiciat: quibus ſi ejuſmodi medicin probatiſſima, quæ cordi in corroborando, malignam exanthematum materiam expellen do,ſuppetias præſtet, ad manum ſit, ac in tem pore & modo debitis propinetur; nullum er dubium quin Divino favente numine, expulſ vâ virtute auctâ, & materiâ expellendâ ſubti liatâ, hoc uno eodemque medicamento feli ciſſimè evadent. Cujus uſus uti ſemper ſaluber rimus inventus eſt ijs qui aſſumpſerunt, ita multis qui eo frui non potuerunt, & immatur & dolendâ morte in primo ætatis flore (non raro medicamentis à ſuperficie ad centrum ſeu à cute ad Cor materiam revellentibus irri tati)ſuccubuerunt, abſque dubio ex Dei nutu proſperimos effectus demonſtraſſet.

Vomitio continua.

NObilis Domina Dorothea Skot, vidua, æ tatis 70. annorum, cùm vomitione conti nuâ quæ ex morbificis cauſis diutiſſime collectis ortum habuit, affligeretur, nec quic quam cibi ac potus retinere poſſet, atque hinc viribus extremè dejectis languida foret, auro potabili accepto refocillata eſt: Undè ſatis con ſpicuum eſt,hanc unam eandemq; medicinam & interdum vomitiones, ubi à naturâ requi-

run-

ntur, excitare, & easdem, ubi superfluæ sunt, dare.

MAgister Napper, Armiger, habitans Oxoniæ, ætatis 60. in Diarrhæam, unà cum vomitione vehementiori incidit, quâ variè plorata & in magnâ quantitate tàm per alum, quàm os ejecit, non sine adstantium stupore. Expertus medicorum non solùm ejus oci, sed quoq; quorundam Londinensium curationes, nihil aut parum operis persensit. Nam um diu ita maceratus esset, usq; ad extremam vacuationem, & debilitationem totius corporis; licet tunc illa symptomata remiserunt ad empus; tamen ubi cibis ac potu vires aliquaenus recuperasset, mox in idem malum inciderat, per multas vices successivas per integrum nnum. Tandem, quasi desperans de hactenus surpatis remedijs, filium suum ad me ablegait, ut & casum patris exponeret, deque meo uro potabili quid ipsi apportaret. Hinc brevi norbus remittitur, & tandem vir dictus sanitaem recuperavit, ut Oxoniensium plurimi nount, & hic Londini attestati sunt hoc ipsum, on sine omnium admiratione. *Diarrhæa cum vomitione.*

UXor Magistri Guihelmi Wiseman Jurisconsulti, post partum incidens in symptomata difficillima, nempe fluxum tàm per matri- *Puerpera. symptomata.*

cem quàm alvum, una cum perpetuis vigilijs & virium imbecillitate, unde in præsentissimum vitæ periculum, prout in ejusmodi puerperis casibus accidere solet, conjecta, nostro auro potabili cum essentiâ auri, quibus aliquoties per vices ordinarias utebatur, sanitati integræ restituta est.

Febris Endemia.

DOminus Edwardus Barret Eques auratus in comitatu Essexiæ quandoque commorans, ubi cum ex febri endemiâ, istis locis utpote palustribus, quotannis populariter grassante, bis diversis vicibus decubuisset, toties beneficio hujus medicinæ aureæ ab ista lue perfectè liberatus est. Nec ille solùm, sed plurimi e servis ejus, ultra denos, diversis temporibus eodem morbo laborantes, inter quos œconoma præ cæteris miserrimè afflicta est, ut omnes de vitâ ejus desperarent; nihilominus ex Dei gratia eodem medicamento brevissimè sana evasit. Sunt autem illæ febres istis locis satis morosæ, quæ multos menses plerumque perdurare solent, nec facile remedium huic malo accommodatius inventum est. Eodem modo innumeri ibidem ab his febribus curati sunt, quos omnes recensere non est hujus loci: veluti quoq; idem morbus in Cantiæ comitatu frequentissimus est, ijsdem ex causis, ubi sæpissimè quoque nostræ medicinæ efficacia, eodem felicissimo effectu sat cognita est.

Magister

MAgister Temp. Savage, Juris Civilis Doctor eodem affectu endemio febrili in Essexia decumbens, me ad se advocavit pro hujus mali curatione. Ad quem accedens, antequam quid medicinæ administrassem, video ipsum incidisse præterea in convulsiones seu contractiones partium extremarum, manuum, pedum, oris, &c. Huic cum dosim unam de quintâ essentiâ auri in pondere quatuor granorum unà cum auri potabilis cochleari propinassem, post paucissimas horas symptomata ista gravissima, subsequente sudore copiosissimo, cessarunt; ac mox, eadem medicinâ reiteratâ, omni morbifico affectu liber evasit. *Febris Endemia cum convulsionibus.*

IDem, anno præcedenti aut eo amplius à morbo Chronico, quo diu afflictus, medicorum ejus loci, ut & quorundam Londinensium, consilio usus, nihil inde levaminis sentiens, adeò ut pro desperato haberetur, nostro medicamento, & auxilio, post Deum, non destitutus, sed integrè curatus fuit: veluti plurimi ejus dicionis, si opus sit, attestari possent.

HOc ipso anno jam currente, cum idem vir clarissimus febri malignâ populariter grassante hic Londini corriperetur, ad hanc quoque medicinam confugiens Dei auxilio præsentaneam inde *Febris maligna.*

opem reportavit ex aſſumptione illius per aliqu vices repetita. Unde brevi domum ab hinc per 17 miliaria ſe contulit. Verùm aëris aut motus repentinâ inoportunitate concitatus, in ſymptomata convulſiva (quæ olim quoque paſſus fuerat ab aſſumpti quibuſdam medicamentis non convenientibus) incidit. Miſit itaque ad me denuò pro quintâ meâ Eſſentiâ auri; quâ propinatâ omnes iſti adfectus ſubit ſedati ſunt & penitus ſublati, valetudine integr mox ſubſequutâ.

Obſtructiones viſcerum.

THomas Driwood in Eſſexiâ, vir bene notu & ſat locuples, ætatis 30. annorum, de Northokenden, ex occultis quibuſdam obſtructionibus, alijſque cauſis, languorem ſenſit diuturnum, unde in maciem corporiſque abſumptionem ultimam devenit. Hic præſentiſſimam Dei manum in hoc auro Potabili ſentiens, ſanitatem integram eſt conſecutus.

In difficultate partus.

UXór ejuſdem in difficultate partus, & imbecillitate poſt partum, accepit quoque hanc medicinam, atque hinc ſperatum effectum, nempe ſanitatem.

FIlia eorundem circiter quatuor annorum, diu quoque affectu moleſtiſſimo laborans, hauſtâ exiguâ quantitate auri potabilis, vomitione ejecit viſcoſam & lentam materiam,

in

n notabili copiâ, unde, cum nulla alia remedia admitteret, mox benè se habuit, & valetudinem integram recepit.

Filiola Johannis Fanne Civis Londinensis in vico Aldersgate habitantis, quinque nata annos, ex inveteratâ obstructione viscerum nutritionis, & thoracis, difficillimè respirans, aurum potabile bibit unâ solummodò vice, unde per vomitum, mucilaginosam, & vitri instar liquidi lentam materiam, quæ vel cultro dissecanda foret, ejecit, atque sic sanior evasit. *Difficultas respirationis.*

Magister Guilhelmus Snelling piscium mercator, in plateâ Thamisis habitans, filiolum habebat ætatis unius anni morbo caduco laborantem, sed frequentiùs, nempe vigesies uno die vexatum: qui cum per aliquot dies ita miserrimè affligeretur, nec quid auxilij ab ullâ alia medicina sentiret, paucis in diebus cum essentia auri à malo tam horrendo liberatus est, nec ab eo tempore (ab hinc tribus annis) unquam recidivam passus est. *Morbus caducus.*

Ancilla Domini Thomæ Smyth Equitis aurati, circiter ætatis 22. annorum, gravissimis Convulsionibus & symptomatibus epilepticis dies & noctes incessanter excruciata, re- *Epilepticæ convulsiones.*

media aliorum, utpote clyſteris injectionem, nec non alia experta eſt abſque fructu. Tandem itur ad nos. Ego cum hoc Arcano, ſanitatem Deo dante, morbo curato reduxi.

Colicus dolor.

INfantula ætatis anni unius cum dimidio, filia Domini Edwardi Barret ordinis Equeſtris, graviter diu conqueſta eſt de magno cruciatu & tormine ventris. Domina Paget Baroniſſa, Infantuli hujus avia dederat ei cochlear unum potabilis auri. Illa in continenti evomuit crudam quandam materiam & pituitoſam, unde benè ſe habuit per duas horas. Poſtea torquebatur ut priùs & fortaſſe vehementius: ſumpto autem auro potabili, iterum evomuit, ſcilicet, viſcoſam materiam diverſis coloribus tinctam; tunc dormivit per horam integram. Subitò autem expergefacta è ſomno moribunda videbatur. Omnia enim mortis ſigna comparuere, cum animi deliquio, faucium lapſu, &c. adeo ut Domina Paget, per totum illud tempus infantulam in amplexu & ſupra genua gerens, coacta fuerit cum violentiâ aperire ejus os, & tertiâ jam vice infundere de auro potabili cum cereviſiâ mixtâ, quod tum denuò vomitum promovebat. Erat autem iſta materia, in formâ nigræ & malè olentis mucilaginis. Poſteà autem bene ſe habuit infantula.

Magiſter

Magister Tho. Allin armiger, 60. annos natus languebat diu. Tandem viribus omninò prostratis ad tabem usq; meam implorat opem. Hic auro potabili restitutus est integrè, idque paucis in diebus absque usitatâ Pharmaciâ. *Ex morbo Marasmus.*

Magister Robert. Small Attornatus, & studiosus Juris, de hospitio vocato Fernifalls Inde, ætatis 35. per multos menses quartanâ laborabat satis forti, ictericus etiam erat: qui cum à cæteris auxilijs parum aut nihil juvaretur, auro potabili aliquot vicibus assumto integrè curatus est. *Quartana.*

Similiter à quartana febri eodem medicamento liberatus est Antonius Tuttesham, 20 annorum, filius Antonij Tuttesham generosi, de hospitio vocato Staple Inde. *Quartana.*

Filiolus Domini Johannis Talesburrow Equitis aurati, circiter quatuor annorum, febri Endemia in Essexia populari decumbens, cum abhorreret ab omnibus alijs assumendis medicamentis, accepit essentiam auri, nec non aurum potabile aliquot vicibus, & perfectè curatus est. *Febris endemia.*

Filia

FIlia Domini Arthuri Capel Equitis Aurati, circiter 14. annorum ætat. post ægritudinem diuturnam in tabem & virium absumptionem incidit: Pro quâ pater ad me misit, & de auro potab. aliquid expetijt, quo illa brevissimè ex Dei gratiâ, optimam valetudinem recepit.

Pestis.

ELizabetha Elward famula & cognata Edwardi Rugham, peste infecta fuit. Cum itaque nobilis vir Dominus Knevet Baro, *Aulæ Regiæ Londini* præfectus, ipsi Edwardo Rugham, qui inserviebat dicto Baroni in aulâ Regiâ, de auri mei potabilis viribus in hoc casu narrasset, ad me missum fuit pro eo, quo dicta Elizabetha perfectè reconvaluit.

Paralysis

FRanciscus Wonnam Capitaneus de Darkin in Comitatu Surreii, Colonus, ex paralysi & nervorum resolutione totius corporis laborabat. Huic M. Guilhelmus Radcliff de Darkin, Armiger, nonnihil de auro potabili, quod pro suo usu contra Calculum magno cum sui levamine à me acceperat, propinavit; unde ille ab affectu gravissimo liberatus est, ita ut manibus & pedibus pro libitu uti posset, ut prius.

Paralysis linguæ.

JUvenis quidam generosus, ætatis circiter 17. annorum, nomine Johannes Studolf, moratus in ædibus matris suæ viduæ prope Darkin

præ-

prædict. paralysi linguæ unà cum vomitione alimentorum correptus fuit. Ad quem vocatus, cum ei per tres ferè dies præsens, de auro nostro potab. iteratis vicibus propinassem, loquela redijt, vomitus cessavit, & brevi reconvaluit. Verùm, ut intellexi ab ejus amicis, anno inde exacto, in eundem morbum recidit: quò, antequam pro medicamento mittere potuerat, extinctus est.

Magister Johannes Coles, alias Capitaneus Coles dictus, 44. annos natus aut circiter, incidit in gravissimum & diuturnum affectum pulmonum, cum Asthmate & tussi, nec non sputatione purulentâ: unde in tabem & corporis absumptionem devenerat: qui continuo auri potabilis usu perfectissimè sanitati restitutus est. *Asthma cum tussi.*

Servus Domini Edwardi Barret Equitis aurati, cui nomen Henricus Smith, loquelæ usu ex paralysi destitutus fuit. Ad quem curandum misit ad me ejus Dominus jam dictus pro auro potabili. Quo recepto, eique per aliquot vices propinato, valetudo integra ipsi redijt, cum sermone. *Paralysis linguæ.*

Servus Domini Thomæ Smith Equitis aurati, quartanâ febri aliquandiu afflictus, cum nihil sibi proficuum sensisset ex remedijs *Quartana.*

quæ

quæ adhibita fuerant, tandem auro potabili perfectè curatus est.

Convulsiones cum stupore.

UXor Magistri Seabright generosi viri Londini benè noti, 60. annos vel circiter nata, diversis affectibus, utpote convulsionibus, paralytico stupore & sensuum diminutione sæpenumerò vexata, aliquoties relevata fuit usu auri potabilis nostri. Quod ut eo majores vires in tanta materiæ copia exerere posset, monui, ut de essentia auri sæpe quid assumeret. Ex cujus assumptione ejecit melancholicam & nigram materiam copiosam; A quo tempore dictis symptomatibus nunquam perturbata fuit.

Obstructio viscerum.

MAgister Johannes Sherigton Londinensis mercator, filiolum habuit circiter tres annos natum: Cui aliquandiu ægrotanti & emaciato dederunt quædam contra vermes, sed absque effectu, quia omnia pejora reddi visa sunt. Verum postquam de auro potabili nostro per aliquot vices accepisset, vomitione materiam viscosam & crassam ejecit, unde obstructionibus viscerum reseratis optimè reconvaluit.

Contra abortum.

UXor ejusdem Johannis Sherington imprægnata, propter accidentia quædam abortum verita, idem medicamentum sumpsit,

&

bene suo tempore sanum fætum edidit. Ex
ibus apparet, hoc medicamentum esse diver-
simarum virtutum: nempe fætum mortuum,
aliquoties retulimus, expellere: & vivum
nservare, ne ante tempus expellatur per ab-
tum.

Similiter jam memorata recens nata filiola, sextum agens mensem ætatis, ægritudine correpta est vehementi: Cui idem, auxilium edicum præstitit.

Vidua Magistri Henrici Coles (habitans in vico vocato Colman streate) tum recens ex peste mortui, cum ipsa prægnans simul à orte mariti contagio infecta esset, & reliqua uxilia tam pro se quàm fætu usurpanda in hoc isu nimis fortia reformidaret, (quippe quæ bortum absque dubio & mortem ipsius atque etus accelerassent) usa est ex Dei nutu meo au- o potabili unà cum essentia; & illa unà cum etu salvata & liberata est. *Pestis in prægnanti.*

Maritus obiit; uxor eodem morbo occupata salvatur: quæ aliàs mortis causam, nempe fætum apud se gestavit. Nihil hic nisi manus Divina videtur; quæ per aurum potabile mirabili- er operata est. Taceant itaque invidi, & Dei mira- ula speculentur.

Edmun-

Morbus chronicus.

EDmundus Nusum habitans propè Charingiam Crucem ante aulam Regiam, ætatis 40. chronico diu laborabat morbo. Tandem in gravissimo suo affectu, vocavit ad se medicum hujus civitatis, virum satis doctum & notum: qui assistens suâ opera patienti in præscribendis & porrigendis consuetis remedijs non defuit: adeò ut nihil intentatum relinqueret, quod existimaret ipsi profuturum. Interim cum nihil proficeret, uxori ægrotantis mortem viro suo in propinquo esse nunciavit. Tum misertus hujus, nobilis quidam, vir ægri vicinus, misit ad me suum servum ut ad dictum patientem venirem. Venio, & pharmacopœum ante ostium invenio, qui me his verbis affatur: In vanum laboras. Respondeo: Etiamsi nihil fortè profuturus sim, certè obesse illi nolo. Ad ægrum cum accessissem, nec aliquam spem vitæ superesse perspexissem, nihil illi aut astantibus pollicitus, dedi tamen aliquantulum tentandi gratiâ de auro potabili, idque iteratis vicibus singulis ternis horis, per totam jam instantem noctem. Undè ex Dei gratia, letho propinquus & quasi destinatus, revixit, revaluit & restauratus est, non sine omnium admiratione adhuc superstes.

Casus deploratus.

MAgister Guilhel. Parkinton generosus propè ibidem habitans, & satis notus, periculosè decumbens, eodem medico usus est

per

r longum tempus. Ipſe quantum poſſibile uit, remedijs omnis generis curationem inſtiuit: æger tamen neutiquam levatus eſt. Imò eploratus eſt habitus à medico ipſo, à conjuge ijſque amicis. Ad quem tandem vocatus, opinavi quoque ei noſtrum aurum potabi, maximè verò eſſentiam auri; & ſic Deus ille ui vulnerat & ſanat, qui in fauces mortis nos ijcit, & iterum eripit, per hoc medium hunc irum integræ reſtituit ſanitati, ut adhuc vivat.

FIlius Pharmacopolæ paulò antè nominati, cui nomen Nathan Darley, correptus quoq; morbo graviſſimo acuto, nempè febri arente, uſus eſt non ſolùm jam nominati medii, ſed plurimorum quoque aliorum auxilijs; uibus parùm proficientibus, ac omnibus cum atiente in pejus tendentibus, cùm omnis ſenus & loquelæ uſus abeſſet, & mors quaſi ob oulos ægroto verſaretur; pater deſperans & properans ſub mediâ concione diei feſti, ad me veit, opemque meam poſtulavit: cui volens cum norem gererem, ęgroque de auro potabili proinaſſem, idque aliquoties repetiiſſem, ille mox x Dei gratiâ refocillatus, vires & ſanitatem reuperavit.

EX quibus proximis tribus caſibus, quaſi ab uno eodemq; medico, in uno quaſi vico ſeu loco ac ferè tempore derelictis, & ab uno auro potabili demum curatis, quilibet perſpicere poteſt, me non

nisi vocatũ accessisse tum, cũ omne auxilium hũanũ ægris denegatum esset ab aliis, & nostram medicinam singularem benedictionem à Deo optimo Max. accepisse. Unde non invidiâ & calumniis prosequenda & extenuanda, sed pro dono Dei singulari honoranda & æstimanda sit. Ne quis autem ideò fastidiat hoc medicamentum, quòd unum & simplex, multisq́ morbis & ægris accommodatum sit: sed ideò magis extollat & in precio habeat: quia quò quid simplicius, eò veritati, quæ ipsa simplex, proximius, & econtra. Adhæc, vulgò dicitur, frustrà fit per plura, quod potest fieri per pauciora, ut in omni vitâ, sic quoque in medicinâ. Hinc Damascenus inquit, scelus est, uti composito, ubi simplex medicamentum profuerit

EX hactenus productis, & lectori candido absque ullo fuco fideliter partim ex Anglicano sermone translatis, partim in formalibus suis retentis testimonijs, quilibet, (quem non à veritate fallax opinio aut prava distorsit natura, invidiæ morbo penitus obsessa) judicare & discernere poterit, an non hæc nostra medicina, aurum potabile verissimè dicta, sit ex maximè salutaribus, tutis & efficacissimis remedijs, quę hodierno die sunt in usu; tum ad morbos deploratos, spe ferè omni abjectâ, humanoque auxilio denegato, curandos, viresque ægrorum mirificè refocillandas cum cordis singulari corroboratione: tum ad cuiusque sanitatem conservandam & retinendam. Quod

ta eſt, videntur illi ipſi qui me hactenus contra Dei mandatum, Chriſtianam charitatem, veritatis amorem, proximi neceſſitatem, & fortaſſis etiam contra propriam conſcientiam odio plus quàm viperino proſecuti ſunt, meaque omnia veraciſſima facta & dicta pro nihilo habuerũt, & in chartis ſuis maledicis mille modis me hucuſque onerârunt: non ſolùm mihi, ſed omnibus bonis, tam ſummæ quàm infimæ ſortis hominibus, maximam & deplorandam injuriã intuliſſe; mihi; quód veritatis amanti, & opera charitatis exercenti, in faciendâ hac medicinâ alijſque communicandâ, convitia pro honore, contumeliam pro labore, & blaſphemiam pro munere retulerint: Bonis quibuſcunque, quòd pro ſuo poſſe impedire conentur, ne hoc illis miniſtretur ad ſanitatem recuperandam (quod multoties efficaciſſimè opitulatur ubi alia quæcunque remedia omnino ſunt fruſtranea.) Verùm ille, qui cordium ſcrutator eſt & Iudex, ut illis lividis viperis ſecundùm merita faciet recompenſationem; ſic ſynceris & benevolis donorum Dei veritatiſque ipſius amatoribus, ſecundùm gratiam & miſericordiam ſuam, quæ eſt vita & ſalus in Chriſto Domino noſtro, largiſſimè concedet. Quòd ſi reſpiciamus ad antiquorum medicorum, longe ſuprà Galenum, ætatem, & quorundam medicamenta rariſſima, inveniemus à propoſito noſtro nõ multò alienũ illud, cuius meminit Quintus Curtius libro tertio in rebus geſtis Alexandri Magni,

qui cum difficillima & lethali ægritudine detineretur, & remedio præsentissimo indigeret, nec admitteret in medicando moram, quia ad certum diem cum Dario hoste manũ conserere promisisset, consilium inivit cum amicis suis ac medicis, quibus uteretur remedijs in hoc perdito statu. Usitata Pharmaca invalida reputavit: ignota non admittebant medici. Unus tamen ex eis, nomine Philippus Acarnanus, pollicitus est concinnare regi medicinam & securam & satis efficacem, licet reliquis medicis incognitam. Parmenio autem, quem Alexander maximè præ cæteris suis nobilibus fidelem sibi adjunxit, regem dehortatus est, ipsique suasit ut à Philippo præcaveret; illum mille talentorum munere à Dario esse corruptum. Verùm Alexander post mirabilem sui à morbo liberationem per medicum dictum, in calumniatorem animadvertere, quem propter proditionem pòst occidi jussit, medicumq; fidelissimum suæ post Deum sanitatis auctorem præmijs decorare. Cuius medicinæ operationem nostræ non absimilẽ, dicto loco in hunc modum legimus. *Ut verò medicamentum se diffudit in venas, sensim toto corpore salubritas percipi potuit: Primò animus vigorẽ suum, deinde corpus quoque expectationem maturiùs recuperavit: quippe post tertium diem quàm in hoc statu fuerat, in conspectum militum venit, nec avidiùs ipsum regem, quàm Philippum intuebatur exercitus, pro se quisque dextram eius amplexi grates habebant, &c.* Hæc ille.

ille. Similiter ſatis ab experientià & rei veritate innotuit, quod hoc noſtro medicamento quā plures vel eodem morbi genere, quo Alexander ille relevatus, vel ſimilibus aut gravioribus decumbentes Heroes, nobileſque fæminas, ab alijs medicis derelictos, & deſperatæ vitæ, breviſſimo tempore ex Dei nutu curaverimus, & optimæ ſanitati reſtituerimus. Idcircò vos, ut nobili proſapiâ ita ingenio ornatiſſimi viri, quicquid à calumniatoribus contra me movetur, pro nihilo æſtimabitis: qui, non tàm veſtrā ſalutem, quàm meam perniciem: non tam rei veritatem, quàm propriam utilitatem reſpiciunt: voſque potiùs ſopori perpetuo conſecrarent, quàm vel tantillum ab invidiâ ſuâ recederent. Veſtrum erit, album à nigro, falſum à vero, & lumen à tenebris diſcernere; meque, veritatemque ipſam patrocinio veſtro defendere & vindicare. Quòd ſi quis veſtrûm circa quædam jam prolatorum dubitet; En habetis nomina ſingulorum in quibus de veritate inquirere poteritis, veluti & ſcripta authentica plurimorum apud me videbitis. Hoc ſat ſcio, omnes honeſtas perſonas, hoc auro potabili curatas & ſanatas, tantum Deo gratiæ habituras, ut agnoſcant in hoc Dei beneficium, nec cum novem illis ingratis, à ſalvatore immediatè reſtitutis, perpetuo ſilentio præterituræ, ne dicam contra conſcientiam denegaturæ ſint. Ab ijſdem diſcere licet, quòd omnibus hoc profuerit, nec ulli nocuerit; quòd tàm tuta, quàm efficax & ju-

cunda ſit medicina, & verè regia, cuius eſt benefacere omnibus, & ab ingratis non benè audire. Producant calumniatores contraria, ac producta à nobis tenebris oblivionis involvant, ſi poterunt: aut pudoris & conſcientiæ propriæ non immemores, taceant in perpetuum. Non has curationes medicinales verè reales, & hominibus ægris derelictis utiliſſimas, cum ſuis tricis & quiſquilijs grammaticalibus (quibus ſi verba ſubtrahes, nihil rerum dixiſſe videbis) ad nullam rem niſi excitandas rixas, & veritatem obfuſcandam aptis, delebunt. Imò illæ in honeſtorum omnium mentibus inſculptæ manebunt, cum horum maledicæ chartæ non oculis aut auribus dignæ, ſed alijs uſibus vilioribus mancipandæ cenſebuntur. Ne unicum invidi illi caſum referre poterunt, in quo hæc medicina occaſionem noxæ alicuius præbuerit: à quâ tamen aliæ præſtantiſſimæ compoſitiones veterum, ut Theriaca, Mithridatium, & innumeræ aliæ non ſemper ſunt immunes, præſertim ſi in manus imperiti inciderint. *Objectio.* Non omnibus, quibus unquam propinata eſt, (dicent fortaſſe) profuit ad vitam, quoniam aliqui mortui ſunt. *Solutio.* Verùm his reſpondeo: mortis eorum, medicinam hanc non fuiſſe cauſam: Sed morbum lethalem & derelictum ab alijs. Sciant omnes (inquit Hippocrates) *Hipp. lib. Arte.* medicinam mala omnia tollere non poſſe. Fatale enim punctum evitare nemo poteſt. Impedimentum igitur non eſt in medicinâ ipſa, ſed in imperſcrutabili Dei conſilio,

filio, qui non vult ut ex omnibus morbis curari possint omnes ægri; cum interdum illi nec corpus ab intemperantiâ, nec animam à peccatis (quorum merces mors est) liberari expetant.



De Tertia Parte quæ continet usum Huius Auri potabilis.

Quod Philippus Macedonum Rex olim de auro dixit, eo omnes civitates, arces, propugnacula, castella etiam munitissima oppugnari & expugnari posse: id nos, utiliori ad hominum salutem modo, de auro potabili verè affirmare possumus: quòd (nimirum) vires eo corroborari, morbus eijci, velut hostis, corpus, instar castelli in sanitate conservari possit, dummodò ritè abministretur, quod est medici dogmatici. Hic enim veluti capitaneus æquè contra hostem ijsdem legibus, artibus, studijs, stratagematis & apertâ acie pugnare tenetur, nec minori auctoritate aut gloriâ. Hostes autem invisibiles & ex insidijs pugnantes, quo sunt perniciosiores visibilibus & in aperto constitutis: ita & morbi atrociores

ſunt quibuſcunq; alijs externis inimicis, quippe qui civile & inteſtinum bellũ intra ipſa hominis viſcera moveant. Ex quibus ſi medicus victoriam ſeu ſtratagemate ſeu apertâ vi reportet, non immeritò Æſculapio debetur gallus, victoriq; bravium. Verũ prout belli gerẽdi cõtra hoſtes armatos nunc longè aliud eſt inſtitutum quàm antiquitùs, inventis tot novis bellicis machinis & armis, uti ſtultũ ſit ad arietes & onagros, & eiuſmodi antiquorũ noſtro tẽpore redire: ita quoque contra hoſtes corporis ipſiſſimos morbos, etſi vetus pugnandi ratio non omninò reijciatur, tamen ſi qua nova auctaria ei acceſſerint, quale inprimis eſt hoc aurum potabile, inter alia rariora Chymica rariſſimum, inſanum videtur ea velle ſpernere, & ad vulgariſſima & viliora & effectu & pretio, recurrere. Sint militibus machæræ, frameæ & pugiones, quia hæc vetuſta arma, ut & clypei & umbones: at ne negligantur interim tormẽta & bombardæ quas Muſchettas vocant, cum ſint nova: imò hæc illis præferantur, prout effectus mirabilis harum demonſtrat. Ita in ſuo precio maneant electuaria, ſyrupi, pillulæ, & pulveres quicunque ad morborum expugnationem probati longo uſu. At ne aurea vis, quæ ſemper celebratiſſima fuit, inter poſtrema recenſeatur; quæ cum in auro potabili ſeſe exerat, hoc medicamentum cæteris ut longè precioſius, ita efficacius exiſtit. Antiquis militibus dura lex poſita fuit, non cedendi, at gnaviter pugnandi contra hoſtes. Medicis dog-

maticis

naticis & in Academijs promotis sua conscientia Juramẽto Hippocratico firmata itidem suadet, jubet & urget, non cedere morbis quocunque modo: at in eorum expugnationem velle uti efficacissimis quibuscunque remedijs, sive veteribus, sive novis, dummodo tutis & jucundis, absque alterius præjudicio, seu invidiæ seu præeminentiæ. Hippocrates Imperator, Galenus rex, Avicenna princeps nobis omnibus placeat. Interim, dies diei magister est, nempe posterior prioris, &, quælibet ætas habet suos rivos donorum ex immenso illo omnis boni fonte, Deo, scaturientes. Inter quæ hoc nostrũ aurum potabile, ad hominum morbos curandos utilissimum, non minimum est. Ideòque non nisi à momis (qui nihil probant, nisi quod ipsi fecerint) aut mimis (qui huic simile aut longè præcellens ore promittunt, re non præstant) aspernandum erit; quales inter medicos dogmaticos, qui habentur pro strenuis & expertis viris, inveniri non opinor. Cum verò quilibet ex ægris, aut etiam sanis, qui nobiscum hoc utilissimo Dei dono ad hominum salutem concesso, uti & frui cupiunt, præsentem medicum doctum ubicunque habere nequeant, quamvis ex antè dictis epistolis & relationibus satis de usu constet: tamen hac tertiâ & ultimâ huius libri parte, de eo, seu utendi modo, adiectâ morborum & symptomatum singulorum, quibus commodissimè adhiberi possit, enumeratione (velut promisimus) tractabimus.

Est autem hæc nostra medicina in tripli differentiâ seu formâ, ne quis erret in nominibus vel administratione eius. Primò, quand solutio auri est facta suo proprio menstruo, t menstruo detracto usq; ad consistentiam gummi liquidi coloratissimi (ut Lullij utar verbis & unctuosissimi, affunditur spirtius vini, q hinc tingitur colore ruberrimo,& separatis fæcibus albis manẽtibus in fũdo, conservatur p se in vitro, vocaturq́uetinctura auri medicinalis. In quâ formâ potesttrãsmitti& gestari etiam ad remotiora loca leviori onere, & absque su corruptione diutissimè est perdurans. At que hanc constituimus primam formam.

Prima forma.

Accipitur jam hujus tincturæ uncia un diluitur cum uncijs sedecim vini potentis, au Hispanici aut alterius albi: tunc nominatu aurum illud potabile cujus toties fecimus mentionem. Et cochlear unum aut duo pro vice, ve etiam unciam unam in prædictis morbis adhibuimus, aut adhiberi debere statuimus. Sit hæc secunda forma.

Secunda forma.

Tertia forma est, cum spiritus ille vini ita tinctus ruberrimo colore, lento igne balnei abstrahitur, dein vitrum trãsfertur ad cineres, & edistillatur phlegma ad siccitatem materiæ. Tum denuo recens vini spiritus superfunditur: materia solvitur: humiditas ut suprà edistillatur donec materia sicca sit ut pulverisetur: rursus fæces in vitro remanebunt. Istudq́ue opificium toties repetitur, segregatis semper subsidentijs

Tertia forma.

entijs, ac fæcibus, donec nullæ ampliùs fæces
solutione remaneant. Tum demum mate-
a ad summam puritatem reducitur, & essen-
a auri nuncupatur. De quâ.2. aut 3. grana, aut
npliùs pro morbi ratione, cum aquis aut li-
noribus accõmodatis administrare sũ solitus.

Qui itaque desideraverint de hac aureâ
edicinâ habere aut usurpare, poterunt eam
l ut aurũ potabile, vel ut tincturam auri me-
icinalem, vel ut eiusdem essentiam à nobis ac-
pere, & suis usibus diversis accommodare.

Aurum potabile cum vino mixtum, in o-
nibus morbis absq; ulteriori permixtione aut
lditione, satis est conveniens in nostris regio-
bus, ubi (cum temperatior sit aër etiam æsti-
is) in vino datum est affectibus calidissimis,
quibus plerumque exoptatum refrigerium
st id, magis quàm post ulla Julapia, aut cre-
ores, liquores aut aquas ex violis, hordeo, a-
ygdalis & similibus sequutum est: ut patet ex
ostris & aliorum experimentis suprà notatis.
ihilominus, ubi aër intensior, & consuetudo
ci, aut medici præsentis discretio suaserit,
mperari poterit hæc mixtura cum aquis ap-
ropriatis, aut in eis omninò ministrari. Ubi
erò æstus vehemens, vel aliàs morbi aut per-
næ necessitas requirit, usus erit crebrior & ap-
or tincturæ ac essentiæ: quia utraque cum a-
js pro libitu permisceri poterunt: nempe cum
igidis & appropriatis: tinctura cum liquidis,
ssentia cum siccis aut liquidis pro arbitrio
mptis.

Du-

Duplex itaque uſus, primò in ſanis; ſecundò in ægris, ut duplex medicinæ practicæ finis aut ſanitatem præſentem conſervare, aut amiſſam reſtaurare.



DE USU AURI POTABILIS

IN SANIS.



Mnes medici, tam qui parti ex priori noſtro Tractatu, parti hîc in præcedentibus citati sunt, quam innumeri ferè alij, quos nominatim non advocavimus, conveniunt in eo, quòd aurum potabile, ad ſanitatem cuiuſque conſervandam in quacunque tempe rie corporis humani, ſit utiliſſimum: quòd imminentes morbos prohibeat: Cor, ſpiritus vitales & vires reſtauret, ſanguinis boni generationem adjuvet, atque hinc virile ſemen augeat, & ad generandi actiones in utroq; ſexu mirificè faciat, ſterilitatem removeat, abortum in fæminis præcaveat, partum acceleret, canos retardet, ſenium immaturum emendet, juventutem

n vegetiorem inducat & conservet. Hæc a-
a sunt nota partim antedictorũ rationibus,
rtim proprijs & secretis experientijs, ut nullâ
probatione egeant. Adhæc, ab epilepsia,
plexiâ, leprâ, hydrope, cancro, arthritide,
ribus omnis generis, tàm juvenes quàm se-
ex parte præservat. Et in summâ, omnibus
ctibus seu morbis à materiali causâ orituris,
ocunque nomine appellentur, resistit, & ma-
iam antecedentem & ex quâ generari pos-
t, subtrahit per vias naturæ convenientes.

Hi, qui ad sanitatem conservandam eo u-
olunt, saltem simpliciori modo id assument:
mpe, si id fieri possit aut libeat, in lecto; sin
nùs, extra, pro vice cochlear unum aut duo
uno corpore, quò sæpiùs eo melius. Si enim
isquam id sibi utile fuisse ex binâ vel ternâ as-
nptione sentiat, eius dosin augere vel minue-
poterit. Nihil enim periculi est in aucta dosi,
odò omnem mediocritatem non excedat; ut
in croco, theriacâ & alijs cordialibus, aut
rgantibus. Si quis etiam unâ horâ aut dua-
s ante prandium aut cœnam, aut etiam ve-
eri dormiturus (conciliat enim somnum, &
gestionem absolvit) eâdem quantitate assu-
at, pro necessitatis aut instituti ratione; in eo
on peccabit. In morbis qui ad motum lunæ
guntur, præcavendis, ut epilepsiâ, mensium in-
rdinatione suis temporibus; contra illam, tri-
us aut pluribus diebus ante novilunium &
lenilunium: contra hos, quibus diebus insta-
e solent.

Quod

Quòd si verò quis, ut evidentiùs operetur, non erit contentus hac simplici assumptionis formâ, sed cum quibusdam ex proprietatibus morbum præcavendum respicientibus uti malit, ille, ut antè dictum, ex medici præsentis consilio, eiusmodi quodlibet, adjungat.



DE USU AURI POTABILI IN ÆGRIS.

IN ægris, Dosis est eadem, aut paulò major, vel etiam minor, pro personarum & morborum respectu. Communiter datur cochlear unum de auro potabili: guttæ aliquot de tincturâ permiscendâ liquori: grana 2. aut 3. de essentia. Ubi dosis maior necessaria sit, duplicanda est, aut triplicanda simplex, seu duo cochlearia vel tria, usque ad unciam unam de auro potabili dantur. De essentiâ, ad grana quatuor ac sex: De tincturâ eodem respectu. In extreme debilitatis aut nauseabundis, primo dimidia dosis, vel tertia pars eius sufficit, quæ deindè augenda pro viribus, quemadmodum hæc omnia ex antè relatis exemplis satis clarè apparent. Convenit etiam infantulis essentia auri. Accipiatur eius granum unum, solvatur in lacte muliebri si placet: huius mixturæ pauxillum

Dosis.

& po-

postea plus, securè datur secundo aut tertio
st partum die: Atque æquè securè potabile
rũ in mediocri quantitate cũ liquore mixtũ.

Singulis horis, binis aut trinis interjectis,
xta morbi exigentiam securè repetitur medi-
na pro libitu toties, donec effectus speratus
nsequatur, morbus decrescat, viresque auge-
tur.

Datur omni tempore, mane plerunque
uno stomacho, aut duabus horis sub pran-
um aut cœnam: Etiam in nimis repleto ven-
culo post epulas contra indigestionem. Di-
stionem enim absolvit, & morbos præcavet,
ui ab indigestione proveniunt. Ad concilian-
um somnum noctu datur, aut aliàs urgente
cessitate, quacunque hora.

Effectus huius medicamenti sunt, cordis *Effectus.*
orroboratio: spirituum vitalium atque ipsa-
um virium infirmarum restauratio, idq; sem-
er quantum homini possibile: quod tàm
stantibus quàm ægro innotescit, & ex som-
o leviori insequente ut plurimùm: velut etiam
x doloris mitigatione, vel symptomatum ve-
ementium sedatione percipitur. Sæpè sudor
upervenit: nonnunquàm vomitio: aut urinæ
opiosa emissio: aliquando, licet rarius, alvi
ubductio: eaque omnia pro morbi, partium, &
gri differentiâ ex naturæ motu, qui motus
oc medicamento adjuvatur, contingunt.

Atq; hæc de simplici eius administratione
ufficiunt. Verũ etiãsi hæc medicina sua virtute
ad

ad quoſcunque morbos curandos ex Dei gra-
tiâ multum præſtet auxilij, veluti ex adductis
exemplis, ubi rariſſimè quid aliud præter hoc
adjectum eſt, ſatis conſtat: tamen cum ſit di-
verſitas ingeniorum, naturarum, morborum,
temporum, locorum & gentium, & ſuus cuique
mos laudabilior videatur, ne accuſemur ab ali-
is, tanquam omnium aliorum pharmacorum
uſum negligamus aut contemnamus; nos pro,
ut antehac ſæpè proteſtati ſumus, committimus
hanc medicinã quibuslibet rationalibus (non
invidis) dogmaticæ ſectæ artificibus & medicis,
ut pro ſuo arbitrio & judicio, quæ videbuntur
ex utilitate ægri futura remedia, huic adjungãt
& uſurpent, quemadmodum in alijs magnis
medicinis factitatum fuit. Illis enim nihil præ-
ſcribimus, nec quicquam contra rationem aut
methodi ordinem imponimus: dum tamen
noſtræ medicinæ operationem non interrump-
aut impediri patiantur ab alijs. Hi noverunt u-
bi præſentes ſint, qualia, quâ quantitate, ordine
tempore & loco, cui morbo & ægro cuique
conveniant, aut non: quid faciendum, quid
omittendum fuerit. At ubi eiuſmodi non
ſint ad manum, veluti in prædijs
aut rure, alijſve locis, nos bre-
vem quandam admoni-
tionẽ hinc ad-
demus.

Norum



NOtum est medicis, qui Chymicos libros vel leviter attigerint, ijsque non omnem fidem (veluti increduli uidam præpostere faciunt) abrogârint, quid e effectu, efficaciâ & usu medicinæ illius uversalis multis in locis decantatum sit; ita à nobis ejus rei testimonia produci non sit ius. Ea medicina, ut antehac confessi sumus, premum suum finem consecuta est. In mieralibus enim, non solùm humanis corporius, suos effectus laudabiles exerit: Ut pat in illis Raymundi verbis: Quinta essenia auri remanebit in fundo vasis purissi. t separata, spissa ad modum mellis sive ummi coloratissimi & unctuosissimi, alens mirabiliter ad omnem humanam cilicet & alchymisticam medicinam. *Iæc autem nostra non tam sublimem in graum est exaltata, sed saltem humanorum orporum curationi est destinata. Veruntaen cum utraque quicquid laudabilium virutum habeat, ratione aureæ formæ æquatæ*

De medicina secretissima.

 & tem-

& temperatiſsimæ poſsideat, (quum ub un [...]
fonte & fundamento utraq; deducta ſit) bin[...]
non immeritò eundem uſum huic noſtro aur[...]
potabili, quem Lullius ſuo lapidi, aut medic[...]
næ, aſſcribendum putamus. Si enim cauſa [...]
gens & effectus conveniunt, & non ſunt ge[...]
nere diſpares, quis de uſu dubitabit? Quic[...]
quid igitur Lullius in libro Mercuriorum
cap.26. de modo adminiſtrationis ſuæ medici[...]
næ ſeu aquæ aureæ, ſeu lapidis dixit, huc ad[...]
ducendum non abs re cenſemus, cum differen[...]
tiam quandam ſpecialem uſurpandi hanc me[...]
dicinam præſcribat, quæ hoc loco neceſſari[...]
eſt. Multa ſua verba in pauca contrahan[...]
Sanis igitur ad conſervandam valetudinem
hoc regimen inſtituit: Miſce cum quantita
te vini albi, & da Phlegmatico in hyeme
Si eſt Cholericus, da cum aqua ſimplici,
& melancholico da cum brodio, ubi ſi[...]
coctus muto. Et ſi eſt ſanguineus, in vin[...]
albo ſimplici. Et erunt ſecuri ab ægritu
dine, & rectificati contra qualitatem
temporis. Et ſi vis dare infirmis, ſit mix
tura efficacior. Nec cures cognoſcere in
firmitates (*inquit ille*) quia ſapiens natur[...]
per ſuum inſtinctum, dedit virtutes lap[...]

dissoluto ad rectificandū seipsam. Fili, ta medicina habet potestatē contra in-rmitates calidas & frigidas, naturales & cidentales. *Hæc & alia Lullius de usu hu-smodi medicinæ prodit: quæ nos huic ne-tio apprimè convenire, ab experientia ipsa dicimus. Tamen ad symptomata magis ur-ntia quoq; respici interdum debere nos ag-scimus, quæ nonnunquam patientem in æsentissimum vitæ discrimen præcipitant. Qualia sunt viriū imbecillitas, vigiliæ, æstus, gor, fluxus alvi, uteri, appētiæ dejectio, de-riū sitis, & his similia. Hæc omnia & alia hu-uscemodi ex Dei nutu hac unicâ medicinâ mi-gata fuerunt etiā primis vicib. repetitis. Ni-ilominus multa adduci possunt appropriata convenietia cuilibet morbo. Quòd si igitur ger tantâ materiæ copiâ gravetur, ut etiam er alvum eductio eius adjuvāda sit, eccopro-ica & leviter alvum subducentia, pro cuius-ue delectu approbamus. Interdū morbus per rinam aut sudorē evacuari desiderat: quod trumq; licet ab auro potabili effectū detur, amen in casu hæc excretio juvari posset. Si sit lvi profluvium, aut dysenteria in intestinis*

inferioribus, ad quæ medicina per os sumpt[a] non ita penetrare posset, & antequam de[scendat], rapiatur à venis, Clyster conveni[t] abstergens cum adstrictione. Somnus cum [in] reparandis viribus maximè requisitus, & in[terdum] à dolore, fumis calidis aut siccis Ce[rebrum] petentibus, Catharro, & alijs cau[sis] impediatur, ad hunc inprimis respicien[dum]. Qui licet virtute hujus medicament[i] occultâ sæpissimè concilietur, tamen si opus sit, adjuvetur. Sanguinis missio opportuna non negligenda. Cætera discretioni usurpantis committimus.



CONCLUSIO LIBRI.

NUnc ad te, Lector benevole, redeo, cui omnia mea ſtudia, labores omnes do, dico, dedico, cõſecro, voveo: obnixè rogans, ut hæc qualiacunque ſint dextrè accipias: inque quibuſdam, liberioris meæ mentis excurſum, candidè interpreteris. Quæ hîc expoſita ſunt teſtimonia, in nullius præjudicium aut ignominiam cedere poterunt, cùm detrectatione aliorum, quantũ in me fuerit, penitus abstinuerim: nec illis, quibus ex lege talionis deberem, per convitia reſponderim. Habeant ſibi ſuam loquentiam maledicam: ego meâ ſimplicitate veridicâ contentus ſim. Vivat interim veritas, & ex vulnere recipiat vires, ex attritu odorem ſpargat inſtar aromatis ſuaveolentis: Amaracique ſuavitatem æmuletur. De quâ narrant, quòd ſues ſi fragrantiam eius cogantur apertis naribus haurire, emoriantur: ſtupendo naturæ miraculo: quòd res per ſe bona & innoxia, ex malitiâ ſuillæ naturæ ei cedat in venenum. Sic mihi contigit circa hoc medicamentum: quod cùm omnibus ſaluti fuerit, nulli da-

damno; nihilominus,ſunt quibus odio ſit, qui-
bus virtute ſuâ internecinum videatur. Verùm
ut Philoſophi dicunt, quòd nutriens converti-
tur in naturam nutriti,& non contra: ita ma-
voli, quicquid inimico reſpiciunt oculo, a-
manu tractant invidâ, licet per ſe optimum ſit,
ſuæ tamen naturæ, hoc eſt, peſſimæ aſſimila-
ſtudent. Ut in ape & araneo manifeſtè videtur,
quorum illa mel, hic venenum ſugit ex ijſdem
floribus. Conferat omnia inter ſe æquus & eru-
ditus lector, & maturo judicio perpendat,quid
verum, quid falſum, quid ſincerum, quid fuca-
tum inveniat, & non in alicuius odium aut fa-
vorem inclinet: ſed mente libera,quaſi bilance
æquitatis ſingula exactiùs pendat: juxta com-
mune dictum: *Inter bonos benè agier oportet.*
Nullum eſt mihi dubium, quin multi ex ante
relatis, totiuſque libri tractatione,plurima am-
bigua movere poſſint: quæ tamen homini æ-
gro nec utilia nec proficua ſunt, utpote qui ſa-
lutaribus remedijs, non verbis ſubtilibus curari
deſideret.Quocircà nos,ſingulis captionibus o-
tioſorum ſi reſpondere vellemus,& otio noſtro
& benevolorum patientiâ abuteremur. Pauca
ſaltem ſunt, quæ te admonere volui,candide &
amice lector, ne, ut in præfatione huius tracta-
tus præmiſi, hoc noſtrum inſtitutum aliter,
quàm dextrè interpreteris. Nec te ſtatim ad de-
honeſtationem rei aut perſonæ per verbales
aut ſcriptas injurias, accingas aut conferas. At
ſi quæ inveneris, quæ vel tuo captui aut judicio
non

non satisfecerint, ut me, velut ingenuum decet, eorum præmoneas & certiorem facias, hoc est, per fæcialem priùs nuncies, antequàm veritatem oppugnes. Adhæc, si cui nostra viluerint, illum obnixè rogatum velim, ut meliora sua in medium hominum usum (attamen non minori experientiâ & temporis usu probatissima) benevolè proferat, ac interim, dum ea expectemus, his homines frui ne impediat.

FINIS.





APPENDIX LECTORI CANDIDO RESERVATA.

NOn te fugit, Candide lector, Matthæum Guinium in libri sui illius in me invectivi præfatione Regiam Magnæ Britanniæ Majestatem sollicitare, & majorem in modum precibus orare, uti & mihi praxis medica, & auro potabili usus & æstimatio interdiceretur, dum inquit: Tolluntur unà medici, Chirurgi, Pharmacopœi, si una obtineat unius Antonij universalis medicina. *Et paulò pòst.* Firmet hunc ordinem Majestas tua, ne ordo medicorum architectonicus, ne ordo chirurgorum polychrestus, ne ordo Pharmacopœorum Londinensium, honestus, doctus, dives, vel invicem distinctus confundatur, vel invasoribus Chymicis confundetur. *Verùm quàm ini-*

qua

ua ſit hæc ejus petitio, ne dicam, præjudicia-
is veritati, nemo non videt. Si Deus aliquod
ingularis medicinæ donum conceſſerit, quod
ræ multis alijs medicamentis utiliſſimè u-
urpari poſſit, an hoc reijciendum, propterea
uòd aliorum æſtimatores, hinc non æquè lu-
rentur? An vas illud electum juſtè ſilere &
apulare cogitur, quia ex ejus ſermone ido-
orum fabricatores, non tantum lucri capturi
ſſent, quàm aliàs? (ut ſacris profana confe-
am) neutrum, niſi iniquiſſimè liceat. At vi-
e verſa, ſi una obtineat unius Antonij uni-
erſalis medicina, florebunt magis medici,
hirurgi, & Pharmacopœi. Non confunde-
ur triplex ille ordo; medicorum, licet Archi-
ectonicus; Chirurgorum, licet Polychreſtus;
harmacopœorum Londinenſium, licet hone-
tus, doctus, dives: ſed magis ſtabilietur, &
onfirmabitur. Si enim illi terni, dum ad ægri
urationem accedunt, æmulationem, invi-
liam, & ſordidi lucri odorem ante oſtium de-
onerent, (ut Ethnici illi antiqui ſenatores
onſultaturi de repub.) tùm medici in hac
nedicinâ ſi non univerſali, tamen ei proxi-
nâ, invenirent morbis deploratiſſimis auxi-

N 5 lium

lium haud aspernandum & utilißimum. Tu[m] Chirurgi, veluti in animi deliquiis, & in c[a]sibus, ubi requies, somnusque abest, ac viriu[m] dejectio comitatur, experirentur maxim[è] Polychreston hoc remedium. Tum Pharmac[o]pœi, in honestate, in doctrinâ & divitiis n[i]hil amitterent, si & hanc medicinam apu[d] se in ægrorum commodum inveniri pateren[tur]. Apud quos tamen etiam utilißima hau[d] pauca, & à quibus assumendis multi abbor[rent], in singulis angulis & thecis prostan[t]. Nolim ego enim hac meâ medicinâ illis qui[d] detractum, sed plurimum potius adjectum; idque in communem reipubl. utilitatem, cui me, meaque omnia, dico, consecro, offero.

Vale.


INDEX


INDEX MORBORUM HOC TRACTATU CONTENTORUM, QUI AURO potabili tanquam unâ & universali medicinâ feliciter curati sunt, & ex innumeris alijs hîc citati.

Epile-

Obstru-

FINIS.





30. Lemaître Ballas mars 1826.

2

